
CHARING CROSS HOSPITAL MEDICAL SCHOOL
LIBRARY

T 4

BERNARDI SIEGFRIED ALBINI DE OSSIBUS CORPORIS HUMANI

AD AUDITORES SUOS.





LEIDAE BATAVORUM,
Apud HENRICUM MULHOVIUM.
MDCCXXVI.


WELLCOME
LIBRARY
INSTITUTE

BERN. SIEGFR. ALBINUS
AUDITORIBUS SUIS *S.*

FRequenter a me petiistis, ut Epitomen quandam Rei Anatomicae ad usus vestros conscriberem, publicaremque. Conscripsi, ne aut vestra caussa noluisse me, aut declinasse laborem putaretis. Atque eo libentius & studiosius, etsi otio minime abundans, hanc rem suscepi, quod interesse vestra arbitrarer, ut ducem quendam, breviter & sine erratione ad cognitionem operis impediti, & cognosci tamen dignissimi, perveniendi haberetis: & illae partes sint meae, vestris commodis studiisque, quibuscunque rebus possim, ut prospiciam & consulam. Primum autem illam partem, quae est

de ossibus, vobis exhibeo. Nam & absolutior mihi videbatur, & quoniam caeteris corporis humani partibus omnibus ossa subjecta sunt, prima tradenda. Id vero operam dedi, ut hoc libro artificium, quo rerum omnium Creator totam constructionem ac formam ossium hominis adulti perfectique fabricatus est, ususque, quos omnia tum universa, tum singula, tum quaeque cujusvis eorum partes habeant, paullo accuratius breviterque complecterer. Non enim ex lectione optimorum Auctorum illa, quibus fuse lateque scriptis volumina satis magna impleverunt, in hunc libellum coarctavi, quemadmodum plerique Epitomatores: sed, postquam per Auctores profeceram, atque ipse penitius in omnes corporis humani partes introspexeram, ex ipso illo corpore ea, quae hoc libro

con-

continentur, ſumſi. Et ut pictores ad cujuscunque rei imaginem in tabula exquiſite exprimendam, toti ab exemplari pendent, ita & ego multiplices illas variasque oſſium formas verbis quaſi depicturus, oculos de iis ipſis nusquam dejeci. Quae vero ſit utilitas, quaeque opportunitas in nobis eorum, cum ex patefactis mortuorum corporibus, tum e vivis hauſi. Quo factum, ut communia ac pervulgata, & quae ex aliorum ſcriptis intelligi poſſunt, tradiderim, adjectis plurimis, quae videntur praeteriiſſe priores. At, neque Auctorum nomina intexenda cenſui, ne paſſim interrumperetur continua deſcriptio, & volumen creſceret; neque quae nova viſa ſunt, aut majori cura elaborata, uspiam ſignificanda, ut oſtentationis ſuſpicionem vitarem. Praeterea autem minutiſſima, quae

nihil attinent, reliqui. Et licet ut in lineamentis atque formis corporum humanorum, sic in ossibus magnae dissimilitudines sint; nullas tamen varietates, quod infinitum, nec admodum frugiferum sit, eas prosequi, praeterquam insignes quasdam, easdemque frequentiores, operae pretium visum est consectari. Solas inprimis praecipuas ossium partes, quarum usus certi sunt & necessarii, & quas satis similes inter se ossa habent, simpliciter, ac nudis verbis oculis vestris subjicere, eorundemque usus exponere conatus sum. Has utique illi omnes, qui ossium utilitates percipere, ac corporis humani fabricam perspicere volunt, necesse habent diligenter penitusque cognoscere: illarum jacturam facilius patiuntur; atque eas etiam per se quisque haud difficulter assequitur, si prius illas, quas

prae-

praecipuas dixi, cognoverit. Jam vero quantumvis totam hanc rem ipsis tantummodo verbis necessariis expedierim, non dubito tamen fore plerosque, quibus compendii alicujus modum excedere hic liber videatur. Hi, si paullo diligentius attenderint, quam multa, & quam multiplicia sint quae describuntur, facile intelligent, brevius ea omnia comprehendi non potuisse; judicabuntque, non librum qui describit, sed sceletum, cui describendo totus immoratur, magnum esse. Neque enim solis titulis ossa, & eorum partes utilitatesque indicare, aut capita tantum & summas colligere volui; sed uberiorem quandam epitomen concinnare. Immo vereor ne, dum breviter volui scribere, scriptum a me sit paullo obscurius: nisi forte, ut natura comparatum est,

ea

nihil attinent, reliqui. Et licet ut in lineamentis atque formis corporum humanorum, ſic in oſſibus magnae diſſimilitudines ſint; nullas tamen varietates, quod infinitum, nec admodum frugiferum ſit, eas proſequi, praeterquam inſignes quasdam, easdemque frequentiores, operae pretium viſum eſt conſectari. Solas inprimis praecipuas oſſium partes, quarum uſus certi ſunt & neceſſarii, & quas ſatis ſimiles inter ſe oſſa habent, ſimpliciter, ac nudis verbis oculis veſtris ſubjicere, eorundemque uſus exponere conatus ſum. Has utique illi omnes, qui oſſium utilitates percipere, ac corporis humani fabricam perſpicere volunt, neceſſe habent diligenter penitusque cognoſcere: illarum jacturam facilius patiuntur; atque eas etiam perſe quisque haud difficulter aſſequitur, ſi prius illas, quas

prae-

praecipuas dixi, cognoverit. Jam vero quantumvis totam hanc rem ipſis tantummodo verbis neceſſariis expedierim, non dubito tamen fore plerosque, quibus compendii alicujus modum excedere hic liber videatur. Hi, ſi paullo diligentius attenderint, quam multa, & quam multiplicia ſint quae deſcribuntur, facile intelligent, brevius ea omnia comprehendi non potuiſſe; judicabuntque, non librum qui deſcribit, ſed ſceletum, cui deſcribendo totus immoratur, magnum eſſe. Neque enim ſolis titulis oſſa, & eorum partes utilitatesque indicare, aut capita tantum & ſummas colligere volui; ſed uberiorem quandam epitomen concinnare. Immo vereor ne, dum breviter volui ſcribere, ſcriptum a me ſit paullo obſcurius: niſi forte, ut natura comparatum eſt,

ea

ea quae ſcripſi cum labore, etiam cum labore legi putem. Utcunque ſit, adnitar certe, ut quae reciſa & purgata peranguſte referſi, in ſcholis Anatomicis dilatem vobis atque explicem planiſſime. Et quo facilius & melius tot tamque diverſas ac mirificas oſſium formas & commiſſuras animo & quaſi oculis percipere, ac memoria cuſtodire poſſetis, earum praeſtantiſſimas, & intelligentium Virorum ductu expreſſas imagines, quas a vobis in lectione hujus libelli aſſidue adhiberi velim, ubique magna cura laudavi. Longe autem omnium, quaecunque adhuc in vulgus emanarunt, principes ſunt Veſalianae; & effigierum delectu, & callida partium notatione, & definientium linearum gratia, umbrarumque artificio eximiae: quocirca praeſertim, & ubi potui,

ad

ad eas vos relegavi. Ubi vero Euſtachianas aliquid praeter eas praecipui habere, aut easdem illuſtrare deprehendi, ipſas quoque advocavi. Quamvis enim artificia & gratia omnino Veſalianis illis cedant, & ſint quaſi inchoatae; atque e juniorum oſſibus pleraeque ductae, ſimplici tamen & perſpicua, ac plane electa partium deſignatione multo caeteris antecellunt. Porro quae in utrisque deſiderantur, ex aliis pauciſſimis, atque iis ipſis quoque bonis, ſed cum prioribus iſtis vix conferendis, petenda indicavi. Quinetiam cum ſemel atque iterum bonae imagines forte non ſuppeterent, eas etiam, quae vix tolerabiles ſunt, praetereundas non putavi. Quanquam non deſint partes, quas ne quidem male repraeſentatas invenerim. Atque haec ego ſic accipi

** *volo,*

volo, non tanquam in ſola iconum contemplatione ſtudium veſtrum omne ponendum voluerim; ſed tanquam viam, ad ipſa oſſa recte examinanda & cognoſcenda, proximam monſtrare laboraverim: quae ſi his ducibus, & me forte interprete ac demonſtratore paullo ſtudioſius conſideraveritis, imprimeut, & (niſi me fallit) quaſi ſignabunt in animis veſtris ſuam, non facile delendam, ſpeciem. Nulla autem in re minus diligentiae adhibui, quam in illis oſſium proceſſibus, eminentiis, ſinibus, veſtigiis, & his ſimilibus, quae muſculorum cauſſa habent, deſcribendis: exiſtimavi enim illa, cum maxima ex parte ab ipſis iſtis muſculis paullatim formentur, ad eorundem deſcriptionem, quam adhuc perpolio, potiſſimum adſcribenda. Similiter oſſeas auditus inſtrumen-

torum

torum partes, quod ſcorſim cum caeteris deſcribendae videbantur potius, quam hic inſerendae, conſulto reliqui. At multa tamen, quae ad oſſa pertineant, praetermiſſa judicabitis, quum neque explicatum legetis, quem ortum habeant, neque relatum, quae ſit eorum in ſingulis aetatibus natura & conditio, quae conformatio, quamque admirabilis interior conſtructio ſingulorum. Quae quidem omnia negligi certe non debuiſſe fateor, quotiescunque titulum hujus libri lego: ſed cum me quotidie aliud ex alio, ne inchoata abſolverem, impedierit, ſinatis ut extremam limam paulliſper, dum me expedio, opperiantur in ſcrinio meo. Interim non potui vobis, Auditores optimi, hoc qualecunque opuſculum debere diutius: quod ſi ſtudiis ve-

ſtris, quorum cauſſa mihi excidit; plane inutile non fuerit, ſatis praeclarum laboris, quem in eo conficiendo non mediocrem conſumſi; fructum me percepiſſe exiſtimabo. Valete! Dabam Leidae Batavor. CIϽIϽCCXXVI.

DE

DE
OSSIBUS
CORPORIS HUMANI.

I. DE OSSIBUS IN GENERE.

§ I.

PArtes corporis humani, quae sensibus percipiuntur esse durissimae, maxime stabiles, totae diversae a reliquis, aliisque partibus undique vestitae & tectae, OSSA appellant.

2. Haec rerum Effector Homini complura, eaque magnitudine, forma, firmitate, aliisque inter se maxime diversa, est fabricatus. Eademque in certam figuram aptissime formata summo artificio composuit, ut quaedam ex iis inter se jugata, alia superficiebus cartilagine quadam crustatis coagmentata & ligamentis constricta, firmiter cohaereant: alia interpositâ cartilagine quasi conglutinata, nonnihil cedant vi illatae: alia

interveniehtibus cartilagini ſimilibus ligamentis disjuncta, & connexa, obſequantur: pleraque ſuperficiebus inter ſe aptis, aequabilibus, cartilagine tenui, ſolida, elaſtica, laeviſſima, lubricata, cruſtatis alia alia contingant; mobili aliquando interjecta cartilagine; & ligamentis vel ſtricte coagmentata paullulum & obſcure dimoveri, vel laxius conſtricta manifeſtis, pluribus, certisque motibus agi facile poſſint: nonnulla denique quaſi penſilia, & fere tantummodo carnibus firmata, quoquoverſus duci & impelli laxiſſime queant.

3. Atque ea nobis talia opportuniſſime dedit, primum ut ſint & ad firmamentum ac robur, atque ad hanc ſtaturam ſpeciemque conſtantem toti corpori maxime praeſtanda apta; & ad mollia corporis noſtri fulcienda & ſtabilienda accommodata; & ad artus finiendos; & ad motus figuratos pleroſque: deinde ut receptacula forment, quae tenerioribus ſint praeſidio; cavaque & meatus, ad uſus neceſſarios.

4. Ad hos igitur uſus cum univerſa

con-

conſtructa ſint, ſingula etiam ſe ad plures, pro re nata, mirifice accommodant: & cum partes caeterae pleraeque omnes vel ſint in iis incluſae, vel iis prope admotae & adnexae, vel circumpoſitae, ſimul a preſſione & actione earum ſaepe finguntur formanturque.

5. Oſſium omnium in homine compoſitorum ſyntaxin totam SCELETUM appellare conſueverunt.

6. Ut autem homines extima membrorum circumcaeſura variant, ſimiliter ſceletus uniuscujusque diſſimilis extrinſecus eſt caeterorum: maxime tamen pro aetate, natione, temperie, vitae genere, & pro ſexu.

7. Sed ea cum foret infinitum omnia expendere, illa oportebit deſcribenda ſeligere, quae caeterorum norma eſſe poſſint.

8. Quare non alienum erit inſtitutis noſtris, primo contemplari *Sceletum virilem perfectum*, qui ſit Viri florentis maxime aetatis, appoſitae ſtaturae, ſaniſſimi, boni habitus & temperiei, corpus ſuum moderate exercentis, certis

tamen quibusdam exercitiis non multum adſueti; tum adnotare, quid ab eo diſcrepet *Foemininus*, ſimiliter *perfectus*.

9. Expediet porro ad evidentiorem doctrinam ſceletum primo diſſolvere, parteſque ſingulas ſeorſum conſiderare, ut conſtet quales ſint, & ad quos uſus factae & figuratae; deinde ex iis cognitis totum rurſus quaſi coagmentare.

II. DE SCELETO VIRILI PERFECTO.

10. SCELETUS[1] conſtat ex *Trunco*, ſuffulto *Pedibus*; a quo pendent *Brachia*; qui ſurſum verſus migrat in *Collum* erectum; cujus in ſummo *Caput* eſt collocatum.

[1] Vid. A. Veſalii de humani corporis fabrica Lib. I. Tabulas ultimas tres. & B. Euſtachii Tabul. Anatom. XLIII. XLIV. XLV. Fig. I.

I. DE CAPITE SCELETI.

11. CAPUT SCELETI, domicilium quoddam & ſedes cerebri, oculorum, naſi, aurium, oris, & mor-

den-

dendi mandendique inſtrumentorum conſtat ex *Calvaria* & binis *Maxillis*.

12. CALVARIAM [1], os quaſi capitis, oſſa componunt octo; duo *Verticis*, ad verticem & in lateribus poſita [2]; tertium *Frontis*, in priori parte, & in baſi [3]; quartum *Occipitis*, in parte poſtica & in baſi [4]; poſt haec duo *Temporum*, infra in lateribus & in baſi [5], ad utramque aurem unum; ſeptimum *Multiforme*, caeteris omnibus interjectum, in baſi & in lateribus ad tempora [6]; octavum *Cribriforme*, in baſi & deliteſcens.

---

1 Veſal. Lib. I. Cap. VI. Fig. 3. 4. 5. Cap. IX. Fig. I.
2 Ibid. Cap. VI. Fig. 3. I.
3 Ibid. Cap. IX. Fig. I. I. I. I. I.
4 Ibid. Cap. VI. Fig. 4. & 5. M. M, M.
5 Ibid. Fig. 3. 4. & 5. N.
6 Ibid. Fig. 5. 4. & 3. O. O.

---

13. Haec omnia calvariam potiſſimum conſtruunt; deinde, pro re nata, alia etiam, plura variaque, vel ſola faciunt, vel cum aliis oſſibus ad ea fabricanda coeunt.

14. Ac primo quidem VERTICIS OSSA maximam concamerationis istius amplitudinem faciunt; ob id amplissima, simplicia, extrinsecus gibba[1], intrinsecus concava[2]: eademque quinquelatera, suis superioribus[3] crassis oris simul junguntur[4]; posterioribus[5], fere crassioribus, connectuntur cum osse [a] occipitis[6];
a §. 21. inferioribus iisdemque posterioribus &
b 26. crassis[7], cum ossibus [b] mammillaribus[8]; inferioribus autem ac simul prioribus, at-

---

1 Vid. citat. §. 12. 2. & Spigelii de human. corp. fabr. Lib. II. Tab. VI. Fig. 3.

2 Eustach. Tab. XLVI. Fig. 7. Spigel. Lib. II. Tab. VI. Fig. 4.

3 Eustach. l. c. 47 ÷ 20.

4 *Extrinsecus*, Vesal. Lib. I. Cap. VI. Fig. 3. à B per E ad D.

Intrinsecus, Ibid. Fig. 7. Θ. Θ.

5 Eustach. l. c. 34 ÷ 28.

6 *Extrinsecus*, Vesal. Lib. I. Cap. VI. Fig. 3. à C ad D, *ab uno latere*, & in fine Lib. I. Fig. 3. B.

Intrinsecus, Ibid. Cap. VI. Fig. 6. & 7. Δ. Δ. Δ.

7 Eustach. l. c. 51 — 34.

8 *Extrinsecus*, Vesal. Lib. I. Cap. VI. Fig. 3. & 4. à C ad G.

Intrinsecus, Ibid. Fig. VI. à loco, ubi in suturam, cui i adscriptum, sutura Ξ incidit, per Λ primum, paullo ulterius.

atque iis totis paullatim extenuatis [9] ſo- [c] 25.
lidisque, cum oſſibus [c] ſquamoſis [10] &
cum [d] multiformi [11]; prioribus [12] denique [d] 34.
cum oſſe [e] frontis [13], & iis maxima qui- [e] 16.
dem ex parte craſſis, ſuis autem inferioribus [14] extremis extenuatis, & oſſi frontis extrinſecus inſidentibus. Itaque calvariae verticem, ac prope latera, ſyncipitisque partem faciunt: tota quidem ſatis craſſa; at craſſiſſima in vertice, & ad os occipitis; tenuiora in lateribus, & ad ſynciput.

9 Euſtach. l. c. 46 ÷ 33.
10 Veſal. l. c. Fig. 3. & 4. à G per F. ad H.
11 Ibid. ab H ad A.
12 Euſtach. l. c. 40 ÷ 28.
13 *Extrinſecus*, Veſal. l. c. ab A ad B. *ab uno latere.*
Intrinſecus, Ibid. Fig. 7. r. r.
14 ad A. Veſal. l. c Fig. 3. & 4.

15. Horum priori parti OS FRONTIS adjungitur. Id amplum (ac ſutura ſagittali per ejus medium ad naſi oſſicula usque recta pertingente, rarius ſectum [1]) quo-

1 Euſtach. Tab. XLVI. Fig. 1. 15 ÷ 5. Paaw primit. Anatom. de oſſib. p. 31. b. & pag. 38. inter b & a. Bidloo Anat. Tab. LXXVII. a.

quodammodo orbiculatum [2], sed varium, plurimum ad calvariam construendam, multum ad oculorum cava, aliquid ad nasum confert.

2 Eustach. Tab. XLVI. Fig. 4.

16. Ejus enim pars superior maxima est, & ampla, atque ex interiori parte similiter concava [1], extrinsecus gibba [2]: connectiturque sua posteriori extremita-
a 14. te ossibus [a] verticis [3] & [b] multiformi [4];
b 34. & quidem superiori, eaque crassa, ejus parte [5], ossibus verticis; utraque autem inferiore tenuatâ [6] ossa verticis & multiforme subit: intrinsecus media ima parte [7]
c 41. jungitur ossi [c] cribriformi [8]. Quare cavi cal-

1 Eustach. Tab. XLVI. Fig. 4.
2 Vesal. Lib. I. Cap. IX. Fig. I. I. I. superiora, & Cap. VI. Fig. 3. L, Spigel. Lib. II. Tab. VI. Fig. I.
3 Vid. citat. §. 14. [13].
4 *Extrinsecus in tempore*, Vesal. l. c. Cap. VI. Fig. 3. & 4. b.
5 Eustach. Tab. XLVI. Fig. 4. à 2 ÷ 29. per 10 ÷ 21 ad 17 ÷ 28.
6 Ibid. sub 2 ÷ 29. & 17 ÷ 28.
7 Ibid. 15 ÷ 34.
8 Vesal. l. c. Fig. 6. inter m. & n.

calvariae priorem partem facit: ſimulque extrinſecus frontem, ſua priori parte; dein ſuperiore, ſyncipitis portionem; utroque latere, temporis utriusque partem: ubi frontem facit craſſa; ad ſyncipur & ad tempora tenuior; loco inter haec medio craſſior.

17. Extrinſecus porro a parte priore &
eadem inferiore exigit utrimque eminen-
tia *ſupercilia*[1], firma & arcuata, imâque
parte cava; prope naſum obtuſiora[2], te-
nuiora, & excipientia[3] oſſium maxilla-
rium ſuperiorum proceſſus[a]; inde in a 79.
exteriorem partem maxime deorſum pro-
jecta, ibique acuta[4], craſſa, & excipien-
tia[5] oſſa jugalia[b]; ad oculorum fora- b 93.
mina, a ſuperioribus tota, & ex parte in
lateribus, finienda. His interjecta pars
modice eminens, a fronte deorſum ver-
ſus coarctata, tenuior, & tandem ex-
cipiens[6] oſſicula naſi[c] & ſeptum na- c 91.
rium[d], facit *glabellae* partem. 18 d 44.

---

1 Veſal. Lib. I. Cap. IX. Fig. I. ab Y X ad R.
2 Ibid. ab X Y ad A.
3 Ibid. ab X ad Y.
4 Ibid. ab A ad R.
5 Ibid. R.
6 Ibid. ab Y ad Z.

a 17. 18. Ab extremis ſuperciliis [a] *laminae* [1] binae retrorſum, usque ad oſſis multiformis proceſſus [b] laterales [2], ejusdem-
b 33. 34. que oram [c] eandem & priorem & ſupe-
c 32. riorem [3] procedunt, iisdemque nectuntur [1]: utraeque amplae, pertenues, ſolidae, incurvae, atque a ſuperiori parte gibbae & inaequabiles [4], ab inferiori concavae, aequabiles, laevesque [1]; *fiſſura* [5] oblonga lataque, ad quam os cri-
d 41. briforme [d] admotum, diviſae. Faciunt autem utramque priorem maximamque fundi calvariae partem [4]; atque etiam oculis cedunt, eorundemque cavorum lacunaria [1] maxima ex parte ſunt. Jam vero, non

1 Veſal. Lib. [illegible] Cap. IX Fig. I. I. I. ſub ſuperciliis. Euſtach. Tab. XLVI. Fig. I. 14 ÷ 12.

2 *Intrinſecus*, Veſal. l. c. Cap. VI. Fig 6. ad ς.

Extrinſecus, Ibid. Cap. IX. Fig. I. ab S. ad locum, qui eſt paullo ſupra G; *obſcurius.*

3 *Intrinſecus*, Ibid. Cap. VI. Fig. 6. à ς. per ϟ. ad L. & ſic in altero latere.

Extrinſecus, Ibid. Cap. IX. Fig. I. incipiendo paullo ſupra G, inde ſupra E. ad T. *obſcurius.* Euſtach. l. c. $12\frac{1}{2}$ ÷ $12\frac{1}{2}$ ſupra nervi optici foramen.

4 Veſal. l. c. Cap. VI. Fig. 6. inter ς. ϟ. L I. & extimum marginem: ac ſic quoque in altero latere.

5 Euſtach. l. c. Fig. 4. 34 ÷ 10.

non longe a fiſſura illa, utraque in duas abit: ſuperiorem rectam & planiorem, nexamque oſſi [e] cribriformi [6] & [f] multiformi; quae lacunaris naſi pars maxima: inferiorem, ad oculi cavi convexitatem ab ea parte faciendam, deorſum incurvatam, & oſſi [g] cavernoſo, [h] plano [7], & [i] unguis [8] nexam: itaque, qua naſum reſpiciunt, diductae, ibidemque quaſi cavernoſae, inſuper ad cryptas oſſis cavernoſi accedunt.

e 41. f 32. g 42. h 43. i 92

6 Veſal. l. c. Cap. VI. Fig. 6. ab I. ad L. quodammodo.
7 Ibid. Cap. IX. Fig. 1. à T. ad V. Euſtach. l. c. 12 ÷ 14.
8 Ibid. ab X. ad V. Euſtach. l. c. 12 $\frac{1}{2}$ ÷ 15.

19. Tabulae oſſis hujus, ubi id glabellam facit, & ſuperciliorum capita, plerumque quaſi diductae, formant *ſinus frontales*; cavernas duas [1] magnas; ampliſſimas prope naſum, inde & recta ſur-

1 Paaw Primit. Anatom. de oſſibus, pag. 38. c. c. *. *ubi in glabella effractae ſunt.* Et J. Palfyn de oſſib. Tab. II. Fig. 1. E. E. Higmor. Diſquiſit. Anatom. Tab XVI. Fig. 3. c. *ubi una ſecundum altitudinem in medio ſecta eſt.*

ſurſum, & in utrumque latus, ſupra oculorum cava, fere ad media ſupercilia, productas, paullatimque anguſtatas; nonnunquam vero inaequales, aut laminis parvis magnisve varie diſcretas[2]: quae aperturis[3] binis magnis ad priora ſuperioraque oſſium cavernoſorum [a], ad utrumque ſepti narium latus patentes, nares eo verſus augent, mucum recipiunt, ſervant, & capite erecto, vel ad poſteriora leniter inclinato emittunt.

a 42.

2 Veſal. Lib. I. Cap. VI. Fig. 6. & 7. K, & ad hujus latera utrimque. Bidloo Tab. XCI. Fig. 2. *ubi ex transverſo ſectae ſunt.*
3 Higmor. l. cit. e. Palfyn. l. c. Tab. I. Fig. I. Q.

20. Poſteriori oſſium verticis parti os[1] ſimiliter amplum adjungitur, quod OCCIPITIS dicimus; quodque ſeptem oris terminatum[2], ad ſolam calvariam pertinet, & cum vertebra ſumma committitur.

1 Vid citat. §. 12. 4. & Spigel. L. II. Tab. VI. Fig. 5. & 6.
2 Euſtach. Tab. XLVI. Fig. 9.

21. Atque ejus etiam pars ſuperior

rior[1] maxima eſt, & ampla, & intrin-ſecus cava[2], extrinſecus gibba[1]; facitque calvariae poſteriorem[3], atque etiam inferiorem[4] partem, ſimulque extrinſecus occiput[3]. Jungitur autem oſſibus [a] ver- a 14.
ticis[5], oris ſuis ſuperioribus[6]; deinde [b] mammillaribus[7], oris lateralibus[8]: b 26.
parte ſuperiori[3] in occipite inſigniter craſſa, & aequabilis extrinſecus; inferiori[4] latior, valde tenuis, ſolida tamen & carnibus alte immerſa, ac propter ligamentorum & muſculorum plurimorum adhaeſionem extrinſecus inaequabilis, & aſperiuſcula, variaque; in medio[9] omnium craſſiſſima.

22.

1 Veſal. Lib. I. Cap. VI. Fig. 4. à D. ad poſteriora proceſſuum, qui l. l. inſcripti.

2 Ibid. Fig. 7. pone Δ. Δ. Δ. & Fig. 6. à Δ., per Ξ, ad c. d. & ſic in altero latere. Euſtach. Tab. XLVI. Fig. 9. à 29 ÷ 30. ad 32 ÷ 42. & 25 ÷ 42.

3 Veſal. l. c. Fig. 4. à D. ad M. C.

4 Ibid ab M. C. ad poſteriora proceſſuum l. l. & Fig. 5. ab M. M. ad proceſſus i. i.

5 Vid. citat. §. 14. 6.

6 Euſtach. Tab. XLVI. Fig. 9. à 29 ÷ 30. ad 23 ÷ 36. & ad 35 ÷ 36.

7 *Extrinſecus*, Veſal. l. c. Fig. 5. à loco qui eſt paullulum pone C, ad proceſſum i.

Intrinſecus, Ibid. Fig. 6. ab Ξ, ad c.

8 Euſtach. l. c. à 23 ÷ 36. ad 25 ÷ 42. & ſic in alt. lat.

9 Veſal. l. c. Fig. 6 k

a 21. 22. Isti [a] autem parti continuata pars inferior eademque prior [1] multo minor est. Ac primum lata & crassa, priora versus in angustum paullatim cogitur, & simul crassescit; leniterque sursum versus
b 27. procedens, se in ossa petrosa [b] insinuat, atque eis leviter adnectitur [2]; superficie denique extrema, ampla, plana, scabra,
c 32. ossis multiformis basi [c] adglutinatur [3]; sic mediam fere fundi calvariae partem faciens; atque intrinsecus [1] laevis, inaequabilis, sinuata; extrinsecus [1] gibba, & ad priorem partem [4] asperiuscula, firmansque ligamenta, & nonnullos capitis musculos.

---

1 *Extrinsecus*, Vesal. Lib. I. Cap. VI. Fig. 5. l. l. m. m. n. n.

Intrinsecus, Ibid. Fig. 6. à c. d, ad π. Eustach. Tab. XLVI. Fig. 9 à 25 ÷ 42. & à 32 ÷ 42. ad 29 ÷ 44.

2 *Extrinsecus*, Vesal. l. c. Fig. 5. ad processus i. & ad m. m. priora. Eustach. Tab. XLI. Fig. 13. 48 ÷ 73. & 46 ÷ 72.

Intrinsecus, Vesal. l. c. Fig. 6. Ξ prius.

3 *Extrinsecus*, Vesal. l. c. Fig. 5. n. n. Eustach. Tab. XLI. Fig. 13. 43 ÷ 70.

Intrinsecus, Vesal. l. c. Fig. 6. π.

4 Vesal. l. c. Fig. 5. inter m. m. priora, & n. n.

---

23. Eadem ab inferiori parte sua, ad prio-

priorem partem marginis foraminis magni [a], unum utrimque *tuber* [1] exigit: utrumque crassum, oblongum, ima parte planius, per longitudinem gibbum, & nonnihil oblique ad exteriora spectans, laevique cartilagine crustatum: eaque a medio magni foraminis margine incipiunt, & inde priora versus ad se invicem inclinant. Atque his in duos sinus [b] vertebrae summae receptis, & per ligamenta firmatis, nititur caput totum, mobilibus juncturis.

[a] 68.

[b] 125. fin.

1 Vesal. Lib. 1. Cap. VI. Fig. 5. l. l. & Cap. XV. Fig. 1. B. & inprimis C. D. E. F.

24. Porro ad inferiorem verticis ossium partem unum utrimque TEMPORIS os applicatur. Ea praecedentibus minora, & varia [1], faciunt calvariae partem; praecipua auditus instrumenta continent; calvariae jugant maxillam superiorem; & maxillae inferioris articulis sedem praestant.

25.

1 Vid. citat. §. 12. 5. Spigel. Lib. II. Tab. VI. Fig. 7. & 8. Eustach. Tab. XLVI. Fig. 5. & 6.

25. Utrique pars superior[1], cui *squamosae* nomen, ampla, semicircularis, tenuis, solida, planior, intrinsecus[2] leviſſime cava, extrinsecus[1] quodammodo gibba. Eaque lateris calvariae partem magnam facit: totis oris superioribus paullatim extenuatis oſſi [a] verticis[3] & [b] multiformi[4] extrinsecus insidens & adnexa; priori autem parte, quae craſſior, nexa [b] multiformi[5].

a 14.
b 34.

1 Vesal. Lib. I. Cap. VI. Fig. 3. 4 5. N. & Cap. IX. Fig. I. L.
2 Eustach. Tab. XLVI. Fig. 5. 23 ÷ 21.
3 Vide citat. §. 14. 10.
4 Vesal. l. c. Cap. VI. Fig. 3. H. a. Fig. 4. H. a. a.
5 Vesal. l. c. Fig. 5. paullo supra a interius, ad os petrosum usque.

26. Hujus posteriori parti continuata pars *Mammillaris*[1] minor est, & craſſa, atque intrinsecus[2] cava, extrinsecus[1] gibba: perficitque calvariam post aures; sua superiore orâ nexa oſſi [a] verticis[3]; posteriore eademque inferiore, oſſi [b] occipitis[4].

a 14.
b 21.

27.

1 Vesal. Lib. I. Cap. VI. Fig. 3. & 4. G. C. k.
2 Ibid. Fig. 6. z. A. i. Eustach. Tab. XLVI. Fig. 5. 26 ÷ 24.
3 Vid. citat. §. 14. 8.
4 Vid. citat. §. 21. 5.

27. Inter partem squamosam [a] mammillaremque [b] oritur pars *Petrosa* [1] dicta; indeque in priora & interiora oblique procedit, inter os occipitis [c], squamosum [d] & multiforme [e] sese interserens, iisque leviter connexa [2]: sic perficit fundum calvariae ad latus ossis occipitis [f]; extrinsecus [1] asperrima, praerupta, & varia.

a 25.
b 26.
c 22.
d 25.
e 34.
f 22.

2 *Ossi occipitis*, Vid. citat. §. 22. 2.
Ossi squamoso, Vesal. l. c Cap. VI. Fig. 5. r.
Ossi multiformi, Eustach. Tab. XLI. Fig. 13. 46 ÷ 70.

28. Eadem autem intrinsecus [1] a fundo calvariae intra ejus cavum, inter eadem illa ossa, altius surgens [2], atque insigniter crassa, oblonga, durissima, mirifice ad auditus praecipua instrumenta recipienda aptata & collocata est: quin & cameram cerebri [a] & cerebelli [a] tanquam vallum distinguit; a priori & a posteriori parte quasi compressa, in medio per longitudinem eminens & acutior.

a 46.

1 Eustach. Tab. XLVI. Fig. 5. 23 ÷ 24.
2 Vesal. Lib. I. Cap. VI. Fig. 6. a Λ. posteriori ad Y. fere.

29. Quaevis porro harum partium exigit extrinsecus processum insignem. Horum

rum praecipuus est *Zygomaticus*[1]; qui la-
te & oblique in latus surgens de parte infe-
a 25. riori ossis squamosi [a], mox inde in priora
reflexus, gracilescens & angustatus, rur-
sumque nonnihil latescens, totus fortis,
b 93. & ossi jugali [b]sutura brevi & obliqua[2] jun-
ctus, os jugale calvariae jugat, firmat; par-
temque jugi dimidiam facit. Alter *Mam-
millaris*[3], in quem inferiora versus abit
c 26. pars mammillaris [c], basi latior, ab ea deor-
sum versus simul & modice in priora pro-
cedens & gracilescens, intus cavernosus,
tympanum auget; extrinsecus asper & ab
interiori parte profunde incisus[4], ad mu-
sculos firmandos accommodatus est. Ter-
tius *Styliformis*[5], gracilis, procerus, so-
d 27. lidus, ab osse petroso [d], non longule a
processu mammillari, priora versus de-
missus, excipit & firmat ligamentum, vel
e 336. ossicula, ossis hyoidis [e], & musculorum
nonnullorum exortui sedem praebet.

30.

---

1 Vesal. Lib 1 Cap. VI. Fig 3. & 5. X.
2 Ibid. Fig. 3. Z. & Fig. 5. Y.
3 Ibid. Fig. 3. 4. 5. k.
4 Ibid. Fig. 5. in sinistro latere, prope k. interiora versus. Eustach. Tab. XLVI. Fig. 8. 15 ÷ 52. ex parte.
5 Vesal. l. c. Fig. 3. 4. 5. i.

30. Poſtremo natura pro articulo maxillae inferioris in oſſis ſquamoſi [a] parte ima, ad exortum proceſſus zygomatici [b], ſingulari artificio fabricata eſt, primo *ſinum* [1] magnum, profundum, oblongum, ex transverſo & nonnihil oblique poſitum, cujus pars prior laevi cartilagine cruſtata; deinde & *tuberculum* [2], juxta priorem illius ſinus partem eminens, ſimiliter poſitum, oblongum, in medio depreſſius, & continua cum ſinu cartilagine laevi cruſtatum. Utraque enim illa, utriusque lateris, maxillam, ſed diverſis temporibus, ſuſtinent, mobili junctura [c], ac per capſam membranaceam firmata: & quidem laxitate ſingulari modo obſequioſa, propter lamellam [3] cartilagineam, totam tenuem, ſed mediam tenuiſſimam [4], elaſticam, & utrimque laevem, interpoſitam; quae capſae membranaceae ambitu ſuo adnexa, tota mobilis obſequitur, ſeſe in quacunque capitis maxillae poſitura

a 25.
b 29.
c 110.

1 Veſal. Lib. I. Cap. VI. Fig. 5. h.
2 Ibid. ante h.
3 Ibid. Cap. X. in margine textus. Morgagn. Adv. Anat. II. Fig. 3. & Fig. 1. & 2. B
4 Morgagn. l. c. Fig 1. & 2. d.

ra & capiti iſti, & ſinui tuberculoque oſſis temporum aptiſſime accommodans.

31. Jam vero OS MULTIFORME [1] ſe omnibus calvariae oſſibus interſerit; ad calvariam, ad oculorum cava, & ad naſum pertinens, atque maxillam ſuperiorem majori ex parte firmans; propterea admodum varium.

1 Euſtach. Tab. XLVI. Fig. 11. 12. 13. 16.

32. Nempe media hujus craſſiſſimaque
a 22. *baſis* [1], inter os occipitis [a], cribrifor-
b 41. me [b], & frontis [c] interpoſita, ſua poſti-
c 18. ca lata plana ſcabra ſuperficie [2] oſſi occi-
d 22. pitis [d] quaſi adglutinatur [3]. A parte autem eadem & priore & ſuperiore utrimque augetur *proceſſu tenui* [4], ſolido, a baſi latiore in acutum abeunte, & fere recta in latus tendente: connectiturque cum oſ-

1 Veſal. Lib. 1. Cap. VI. Fig. 6. a II ad ✠. Euſtach. Tab. XLVI. Fig. 12. 29 ÷ 55.
2 Euſtach. l. c. Fig. 11. 11 ÷ 60.
3 Vid. citat. §. 22. 3.
4 Veſal. l. c. in ſiniſtro latere, inter S. ζ. ✠. L. ✠. & ſic in altero latere. Euſt. l. c. 26 ÷ 53. & 33 ÷ 53.

osse [e] cribriformi [5], & [f] frontis [6], ora te- e 41.
nui. Sic facit medium eundemque non- f 18.
nihil priorem calvariae fundum.

5 Vesal. l. c. L. Ψ. & sic in altero latere. Eustach. l. c. a 27 ÷ 52 ad 30 ÷ 52.
6 Vid. citat. §. 18. 5.

33. Simul etiam *processus* illi *tenues* [a], a 32.
cum oculorum cavis superimmineant, sua parte eadem & ima & extrinseca [1], eaque laevi, istorum cavorum portionem posticam eandemque superiorem, quae est
pone os frontis [b], & circum optici ner- b 18.
vi [c] ingressum [2], faciunt: ab ea parte nexi c 57. d 18.
ossi [d] frontis [3], & [e] cavernoso, & [f] plano [4]. e 42. f 43.

1 Eustach. Tab. XLVI. Fig. 16. 27 ÷ 75. & 30 ÷ 75.
2 Vesal. l. c. circum E, obscurius. Eustach. l. c. circum 12$\frac{1}{2}$ ÷ 12.
3 Vid. citat. §. 18. 8.
4 Vesal. Lib. I. Cap. IX. Fig. I. a T. fere ad d. Eustach. l. c. Fig. 1. 13 ÷ 12$\frac{1}{2}$

34. Ex media hac basi [a] utrimque ena- a 32.
scitur *processus* [1] *lateralis* maximus; qui ca-

1 Eustach. Tab. XLVI. Fig. 12. 25 ÷ 55. & 33 ÷ 55. & sic in Fig. 11. 13. 16.

cavatus intrinſecus [2], in priora ſimul & exteriora & ſurſum verſus procedens, atque ex lato paullatim coarctatus, ſe pul-
b 27. chre interſerit inter os petroſum [b], ſqua-
c 25. moſum [c], verticis [d], & frontis [e]; iis o-
d 14.
e 16. 18. mnibus nectitur [3]; & fundi calvariae partem, quae eſt poſt oculorum foramina, utrimque perficit.

2 Veſal. Lib. 1. Cap. vi Fig. 6. inter Y. R. Σ. Σ. ζ. S.
3 *Petroſo*, vid. citat. §. 27. 2. ultim.
Squamoſo, vid. citat. §. 25. 4 & 5.
Verticis, vid. citat. §. 14. 11.
Frontis, *in tempore*, vid. citat. §. 27. 2. ultim.
intrinſecus, *parte priori*. Vid. cit. §. 18. 4.
in oculi cavo, vid. citat. §. 18. 7.

a 34. 35. Uterque iſte proceſſus [a] ab exteriori parte [1] medius ſecundum longitudinem in priora ſimul & exteriora inſigniter quaſi productus, & ex craſſo paullatim
b 93. extenuatus, os jugale [b] verſus procedit; donec ei nectatur [2] extremitate [3] oblonga, re-

1 Euſtach. Tab. xlvi. Fig. 13. & 16. conf. cit. §. 33. 1.
2 Veſal. Lib. 1. Cap. vi. Fig. 3. 4. 5. d. *in tempore*.
Ibid. Cap. ix. Fig. 1 à Q ad S. in *oculi cavo ſiniſtro*: Q. *in dextro*.
3 Euſtach. l. c. Fig. 13. 41 ÷ 61. & 53 ÷ 61. & Fig. 16. 23 ÷ 76. & 34 ÷ 76.

recta, tenui, oblique posita. Sic duo acquirit latera externa: quorum unum[4] ad tempus pertinet; amplum, oblongum, cavatum, oras versus extenuatum: alterum[5] ad oculi cavum; praecedente latius, planius, laeve; quo fit pars dicti cavi exterior & eadem postica[6], eaque longe maxima, quae est inter ossa frontis [c], c 18.
multiforme [d] ipsum, palati [e], maxillare d 33.
superius [f], & jugale [g]. e 89.
f 82.
g 93.

4 Eustach. l. c. Fig. 13. 41 ÷ 62. & 54 ÷ 62. & Fig. 16 23 ÷ 77. & 35 ÷ 77. Vesal. l. c. Cap. VI. Fig. 3. a. H A b. d. & Fig. 4. inter a. a. H. A. b. d.

5 Eustach. l. c. Fig. 13. 43 ÷ $61\frac{1}{2}$. & 51 ÷ $61\frac{1}{2}$. & Fig. 16. 25 ÷ 76. & 33 ÷ 76.

6 Vesal. l. c. Cap. IX. Fig. 1. N. *in dextro*, G. H. *in sinistr.*

36. Ab utriusque porro eorundem processuum [a] parte eadem & extrinseca a 34.
& ima & etiam postica, ubi *basi* [b] conti- b 32.
nuatur, deorsum & nonnihil priora versus *processus aliformis* [1] procedit. Hi insi-

1 Eustach. Tab. XLVI. Fig. 11. $8\frac{1}{2}$ ÷ 63. & $13\frac{1}{2}$ ÷ 63. Fig. 16. 26 ÷ 78. & 31 ÷ 78.

insignes, proceri, crassi, ac pone maxillam superiorem, ad partem ejus imam usque [2], demissi, ibique dehiscentes [3],
c 90. & nexi [4] ossibus palati [c], maxillam superiorem a posteriori parte aptissime firmant.

---

2 Vesal. Lib. I. Cap. VI. Fig. 4. P.
3 *Parte priori*, Eustach. l. c. 27 $\div$ 80. & 32 $\div 79\frac{1}{2}$.
Parte postica, Ibid. Fig. 11. 7 $\div$ 64. & 13 $\div$ 64.
4 *In nasi foraminibus*, Vesal. l. c. Fig. 5. q.
Extrinsecus, Ibid. Fig. 4. sub e.
Inferiori parte, Eust. Tab. XLI. Fig. 13. 46 $\div 67\frac{1}{2}$ & $45\frac{1}{2} \div 68$.

---

37. *Processus* praeterea *aliformis* uterque a sua postica parte per totam fere longitudinem profundissime cava-
a 90. tus [1], cum parte ossis palati [a] quam infra admittit, format *cavum alare* [2], magnum, profundum, oblongum, ad excipiendos musculos. Quin &

---

1 Eustach. Tab. XLVI. Fig. 11. $8\frac{1}{2} \div 63$. & $12\frac{1}{2} \div 63$.
2 Vesal. Lib. I. Cap. VI. Fig. 5. P. inter 2 & 3. & inter 4 & 5.

& paries cavi iſtius interior [3], lamellae ſimilis, longus, non admodum latus, retroverſus & extrorſum leniter plerumque incurvatus, cum adplicata oſſis palati parte [b], latus foraminis narium, b 88. quod ad fauces patet, facit: ſinu leni, oblongo, quem habet a parte eadem & poſteriori & ſuperiori, ad exteriora, locum & originem praebet muſculo pterygoſtaphylino externo; cujus alterum extremum ſuſtinet & corrigit hamulus [4] tenuis, extrorſum incurvatus, in quem paries iſte imâ ſui parte abit. Paries autem exterior [5], ſimiliter lamellae ſimilis, multo latior, magisque retroverſus eductus, & ad exteriora inclinans, muſculorum pterygoideorum maxillae inferioris origini locum commode praeſtat.

38.

3 Euſtach. l. c. 9 ÷ 63. & 12 ÷ 63. & Fig. 16. 28 ÷ 80. & 31 ÷ 79. Veſal. l. c. Fig. 4 & 5. P. 3. 4.

4 Euſtach. l. c. Fig. 16. 27 ÷ 80. & 31 ÷ 80 & Tab. XLI. Fig. 13. 46 ÷ 68.

5 Euſt. Tab. XLVI. Fig. 11. 8 ÷ 64. & 14 ÷ 64. & Fig. 16. 26 ÷ 80. & 33 ÷ 79. Veſal. l. c. Fig. 4 & 5. P. 2. P. 5.

38. Medius inter hos proceſſus, a media exteriore partis craſſiſſimae oſſis
a 32. totius regione [a] recte exſurgens, oblongus, humilis, in tenue, oblongum, gibbumque deſinens, parte poſtica per
b 95. ſinum vomeris [b] receptus, id os firmat; antica autem excipit pariterque firmat
c 44. oſſis cribriformis laminam mediam [c].

a 32. 39. Pars oſſis totius media [a], a priori parte, ubi craſſiſſima apparet, plerumque cavernas habet, utplurimum binas [1], ſepto [2] tenui rectoque diviſas, qui *ſinus ſphenoidales:* hae ſaepe plures, magnae parvaeque, in latera ſu-
b 36. pra proceſſus aliformes [b], & retrorſum
c 22. per os occipitis [c], vel ad magnum fo-
d 68. ramen [d] usque, aliquando procedunt: ſemper foraminibus [3] binis, quodammodo ovalibus, ad poſteriora & ſupe-
e 44. riora narium, prope ſeptum [e] earum, ab

1 Veſal. Lib. 1. Cap. VI. Fig. 8. C. D. & J. Drake Anthropol. Lib. III. Tab. XVII. Fig. 4. F. Paltyn oſteol. Tab. 1. Fig. 1. P. Tab. II. Fig. 3. L. L.

2 Ibid. E. Palfyn l. c. Tab. 1. Fig. i. ad * & Tab. II. Fig. 3. f.

3 Ibid. F. Palfyn l. c. Tab. II. Fig. 2. H. H. & Fig. 3. M. M.

ab utroque latere patent; itaque nares augent, mucum in se recipiunt, servant, & capite prono emittunt.

40. Os CRIBRIFORME.[1], praecedentibus multo minus, & forma varium, minimum confert ad calvariam, plurimum ad nares, & ad oculorum foramina.

1 Vesal. Lib. I. Cap. VI. Fig. 8. A. A. collat. cum Fig. 6. I. L. &c. & Cap. IX. Fig. I. ⊖ & O. Eustach. Tab. XLVI. Fig. 14. 12. 13. 16. 11.

41. Laminis suis binis [1] superioribus, quae proprie sunt *os cribriforme*, longis, non admodum latis, tenuibus, solidis, cristae galli [a] utrimque continua- a 47.
tis, & receptis in fissuram [b] ossis fron- b 18.
tis, ei [2] & ossi [c] multiformi [3] undique c 32.
firmiter connexis[1], perficit denique & hic loci cavum calvariae; id separat a naribus; harumque est lacunar.

1 Vesal. Lib. I. Cap. VI. Fig. 8. A. A. Eustach. Tab. XLVI. Fig. 12. 28 ÷ 51. & 30 ÷ 51. Vesal. l. c. Fig. 6. ab I ad L, & sic in altero latere.
2 Vid. citat. §. 16. 8. & §. 18. 6.
3 Vid. citat. §. 32. 6.

42. Ex iis [a] autem pendent partes a 41.

 bi-

binae[1], utrimque una, magnae, tene-
rae, fragiles, *cavernoſae* cum raritate
quadam, facientes meatus amplos, mul-
tiplices, pleroſque tortuoſos; nexae
b 18. intrinſecus ſuperiori parte oſſi frontis[b];
c 79. priori primo maxillaribus ſuperioribus[c],
d 92. hinc poſteriora verſus oſſibus unguis [d],
e 78. tum iterum maxillaribus ſuperioribus [e],
f 89. deinde palati [f], poſtremo multiformi [g];
g 33. quae ſingulae tandem parte ima, qua
32. ſe mutuo reſpiciunt, abeunt in lamel-
lam, primo tenuem & extrorſum in-
curvatam, tum craſſiorem convolutam-
que, oblongam, ſcabram, poroſam, li-
beram, quod *os ſpongioſum ſuperius* [2].
Sic in nares demiſſae opplent earum ſu-
periora; muci narium ſunt officinae;
faciuntque aërem cum contentis per has
narium regiones longo errore ferri,
& in iis aliquandiu retineri.

---

1 Euſtach. Tab. XLVI. Fig. 13. ad latus utrumque 48 ÷ 60.

2 Ibid. 46 $\frac{1}{2}$ ÷ 60.

---

43. Quoniam vero ſic ex alto de-
miſ-

missae [a] simul necessarie oculorum fo- a 42.
raminibus interjiciuntur, natura op-
portune lateri cujusvis externo, quod est
ad oculi foramen, maxima ex parte ob-
duxit crustam tenuem, solidam, pellu-
cidam, quodammodo quadrangulam,
planiorem, politam, quod *os planum* [1];
connexam superiori parte ossi [b] fron- b 18.
tis [2], priore ossi [c] unguis [3], inferiore c 92.
porro maxillari [d] superiori [4] & [e] palati, d 82.
posteriore denique [f] multiformi [5]; quae e 89.
lateris oculi foraminis interni partem f 33.
posteriorem [1] maximamque facit, atque
a naribus id dividit.

1 Vesal. Lib. 1. Cap. IX. Fig. 1. ☉. inter V. c. d. T. V.
2 Vid. citat. §. 18. 9.
3 Vesal. l. c. Cap. IX. V. c. Eustach. Tab. XLVI. Fig. 1. 15 ÷ 13.
4 Vesal. l. cit. c. d. Eustach. l. c. 13 $\frac{1}{2}$ ÷ 13.
5 Vid. citat. §. 33. 3.

44. Tandem lamina [1] lata crassaque,
quae ab ima ossis cribriformis [a] parte in a 41.
medio, inter partes cavernosas [b], re- b 42.
cta

1 Eustach. Tab. XLVII. Fig. 3. 16 ÷ 4.

cta quasi dependet, & connectitur prio-
c 17. ri parte ossibus frontis [c] nasique [d], post-
d 91. ica superiore multiformi [e], postica
e 38. f 95. inferiore occurrit [2] vomeri [f]; est pars
septi narium superior maximaque [3].

2 Ibid. 17 ÷ 5.
3 Eust. l. c. Vesal. Lib. I. Cap. IX. Fig. I. O.

45. Ossa haec omnia, partibus suis
a 14. descriptis [a] inter se apta & firmiter
16. 18. 21. 22. connexa, formant conceptaculum uni-
25. 26. cum, per se constans & immutabile,
27. 32. fornicatum, capax, periculis quae ex-
34. 41. trinsecus afferuntur propulsandis a-
ptissimum; a posteriori parte fere glo-
bosum, planius tamen fundo & varium, capacissimum; inde ad priora angustatum & productum in additamentum, vertice & praesertim lateribus ad interiora depressius, fundo altius, varium, & prope convexum, paullatim priora versus coangustatum, donec terminetur concavum & angustius [1]: quod cerebrum, ce-

1 Inter se confer Vesal. Lib. I. Cap. V. Fig. I. & Cap. VI. Fig. 3. 5. 6. & 7. & Cap. IX. Fig. I.

cerebellum, & medullam oblongatam, maxima, tenerrima, & ad vitam ac humanitatem summopere necessaria viscera excipit, recondit, incolumia servat; simul & oculis, auribus, ac quodammodo naribus quoque, cedit & locum dat.

46. Sic factum conceptaculum dispertitur in cameras veluti duas. Earum *una* est *cerebelli*, eadem & minor & etiam posterior & inferior, sita pone
ossa multiforme [a] & petrosa [b], atque a a 32.
superiori parte terminata, primo sub- b 28.
recta postica ossis [c] multiformis parte [1], c 32.
tum ossium petrosorum [d] summis, post- d 28.
remo eminentia [2], quae ex ossibus
mammillaribus [e] & occipitis [f], prope e 26.
ossa petrosa [g], e regione summitatum f 21.
eorum, utrimque leviter exsurgit, & g 28.
per cavas ossium mammillarium [h] & h 26.
occipitis [i] partes, ad regionem ossis i 21.
occipitis mediam crassissimam [k] usque, k 21.
prope horizontaliter, exporrigitur. *Altera cerebri* superior & major, caetera

cavi

1 Vesal. Lib. I. Cap. VI. Fig. 6. inter M & II.
2 Ibid. Cap. XII. Fig. 3. sub k. i. i. & k. h. h.

cavi calvariae occupat, a parte poſte-
l 28. riore inferioreque, inter oſſa petroſa [l],
terminata eminentiâ alterâ [3], ſimili, u-
m 28. trimque ab oſſium petroſorum ſummis [m],
n 14. per oſſa verticis [n] & occipitis [o], ad ſpe-
o 21. ciem prioris, paullo altius, ad partem
oſſis occipitis mediam craſſiſſimam-
p 21. que [p] usque procedente.

---

3 Ibid. ſupra k. i. i. & k. h. h.

---

47. Quin etiam camera utraque, a
priori parte calvariae per ſuperiora ad
poſteriora & inferiora, quodammodo
bipartitur, primo *criſta galli* [1], pro-
a 41. ceſſu ex oſſe cribriformi [a] a poſterioribus
in priora admodum exſurgente, craſſo,
utrimque planiore, ſurſum verſus in a-
cutum extenuato, ſolido (intus ſaepe
cavo & ad priora naſi patente), quem
b 44. producit [2] lamina media [b] oſſis cribri-
formis: tum *foramine caeco* [3], exiguo,
quod

---

1 Veſal. Lib. I. Cap. VI. Fig. 8. B. Euſtach. Tab. XLVI. Fig. XII 29 ÷ 50. Veſal. l. c. Fig. 6. *n*.
2 Euſtach. Tab. XLVII. Fig. 3. 15 ÷ $\frac{11}{2}$.
3 Veſal. l. c. Cap. XII. Fig. 2. m.

quod eſt in media regione oſſis fron-
tis [c] intrinſeca imaque : dein *eminen-* c 16.
tia [4] acuta, plerumque a dicto forami-
ne per medium os frontis [d] ſuturam d 16.
ſagittalem [e] verſus aliquantum exporre- e 54.
cta, paullatim evaneſcente, & abeun-
te in eminentias duas [5], leves, modice
diſtantes, primo per os [f] frontis [6], tum f 16.
per oſſa [g] verticis [6] propter ſuturam ſa- g 14.
gittalem, dein per os [h] occipitis [6] me- h 21.
dium, ad partem ejus mediam craſſiſſi-
mamque [i] usque procedentibus : poſt- i 21.
remo *eminentia* [7] altius ſubrecta, a-
cuta, a parte oſſis occipitis media craſ-
ſiſſimaque porrecta ad limbum magni
foraminis [k]; in medio tenuiore, extre- k 68.
ma verſus lateſcente.

4 Spigel. Lib. II. Tab. VI. Fig. 2. a C, B verſus. Veſal. l. c. Cap. XII. Fig. 3 & 4. pone K.

5 Spigel. l. c. ad latus B. B. utrumque.

6 Veſal. l. c. Cap. XII. Fig. 4, ad latus l. l. l. utrumque, usque ad k. Figurae 3.

7 Ibid. Fig. 3. a k. magnum foramen verſus.

48. Ab his [a] enim, & ab eminentiis a 47.
transverſariis [b], cum oſſium mammil- b 46.

larium & occipitis, tum ossium verticis & occipitis, summisque ossium petrosorum [b], & subrecto multiformi [b], quae distinguunt calvariae cameras, oriuntur membranae dividentes, falx quaedam cerebri & cerebelli, & processus transversarii, membranae durae.

49. CAMERAE CEREBELLI scrobes [1] binae, amplae, satis profundae, aequabiles, laeves, impressae maximam
a 21. partem in osse [a] occipitis [2], tum & in
b 26. partibus ossium temporum [b] mammilla-
c 28. ribus [3], posterioribusque [c] petrosorum [4],
d 47. eminentia media [d] divisae [5], carnibus alte immersae, globos cerebelli duos inferiores excipiunt, & tutos ab omni periculo extrinsecus accipiendo conservant.

---

1 Vesal. Lib. 1. Cap. VI. Fig. 6. circiter inter d. c. Λ. i. i. k. ad foramen magnum.

2 Ibid. inter d. c. z. & inde sub i. i. k. ad foramen magnum. Spigel. Lib. II. Tab. VI. Fig. 6. G. G.

3 Vesal. l. c. inder g & z. posterius.

4 Ibid. supra i primum.

5 Vid. citat. §. 47. 7.

---

50. Sinus autem qui a priori hujus par-

parte, inter subrecta utrimque ossa petro-
sa [a], in osse occipitis [b] maxime impres- a 28.
sus [1] est, oblongus, ab osse multiformi [c] b 22.
recta ad marginem magni foraminis [d] ex- c 32.
porrectus, admodum declivis, medul- d 68.
lam oblongatam excipit, & deducit ad
foramen magnum.

1 Vesal. Lib. 1. Cap. vi. Fig. 6. a Π ad e.

---

51. Camera cerebri, vertice &
lateribus (factis ab ossibus verticis [a], fron- a 14.
tis [b], multiformi [c], squamoso [d], & occipi- b 16.
tis [e]) fornicata [1], ad priorem partem & c 34.
etiam ad aversam in scrobes, utrobique d 25.
binas, amplas, priores tamen minores, e 21.
ossibus [f] frontis [2] & [g] occipitis [3] impressas, f 16.
abit: fundum habet, ante ossa petrosa [h] g 21.
utrimque in lateribus, primo amplum, h 28.
satis profunde cavatum [4], factum ab os-
sibus

1 Vesal. Lib. 1. Cap. vi. Fig. 7.
2 Ibid. Fig. 6. ad latus m utrumque.
3 Ibid. Fig. 7. ad latus l posterioris utrumque.
Spigel. Lib. 11. Tab. vi. Fig. 6 F. F.
4 Vesal. l. c. Fig. 6. circiter inter Λ posterius, Y.
δ. ξ. Λ. Λ posterius.

h 28. sibus [h] petrosis [5], [i] squamosis [6], & [k] multi-
i 25. k 34. formi [7]; deinde priori parte angustio-
rem, & propter oculorum foramina
multo elatiorem, convexum, & a post-
erioribus in priora & exteriora paulla-
l 32. tim elatum [8], factum ab osse [l] multifor-
m 18. mi [9] [m] frontisque [10]; tota aequabilis; nisi
ubi cerebri eminentiis [11], vasisque cedit,
& duram membranam firmat [12]. Haec
cerebri dicta hemisphaeria tuberaque in
se aptissime recipit & sustinet.

5 Ibid. ab Λ poster. ad Y. per R. ad locum inter Λ. Λ. medium.
6 Ibid. a loco inter Λ. Λ. medio, ad R. per Σ. Σ. Λ. ad locum inter Λ. Λ. medium.
7 Ibid. ab R. per Σ Σ ζ S Y ad R.
8 Ibid. a ζ ad S per γ. L. I. ad m. & inde per exteriora iterum ad ζ.
9 Ibid. ζ. S. γ. L. +. ζ.
10 Ibid. ζ. +. L. I. m. & inde iterum ad ζ.
11 Vide citata univers. §. huj.
12 Vesal. l. c. Fig. 7. Ω. Ω. Bidlo Tab. XCI. Fig. 2. hinc & inde.

52. Sed medius fundus [1] camerae istius, a subrecta postica ossis multifor-
mis

1 Vesal. Lib. I. Cap. VI. Fig. 6. inter Y. E. L. I. m. & sic per alterum latus.

mis parte [a] ad priora usque non admodum latus, planior, prope horizontalis; interjicitur posteriori parte lateribus ampliter cavatis fundi hujus camerae [b], iisque multo est elatior; priori vero lateribus ejusdem gibbis eminentibusque [b], iisque depressior; factus ab osse [c] multiformi [2] & [d] cribriformi [3]: parte postica sustinet medullae oblongatae principia & cerebrum; priori autem superimminens naso sustinet processus mammillares, defensos eminente utrimque fundo, & divisos per interpositam cristam galli [e].

a 46. b 51. c 32. d 41. e 47.

2 Ibid. Y. E. L. ✢. & sic per alterum latus.
3 Ibid. L. I. m. & sic per alterum latus.

53. Postremo pars medii fundi postica opportunissime sinuata est, sinu profundo [1], habente fundum [2] aequabiliter cavatum, & terminato a parte posteriori sub-

1 Vesal. Lib. I. Cap. VI. Fig. 6. inter Y. ✲ F. & sic per alterum latus.
2 Ibid. M.

a 46. subrecto ossis multiformis [a] pariete [3], a
b 38. priori eminente [b] multiformi [4] & processibus ejus clinoideis [5]; lateribus autem patente, & clauso dura membrana; quae *sella equina;* ad recipiendam, & defendendam pituitariam glandulam.

3 Ibid. inter M & π.
4 Ibid. F.
5 Ibid. pone γ.

a 45. 54. Porro haec ossa [a], qua alia alia contingunt, alibi in eminentias [1] plurimas, hic magnas, illic parvas, hic rectas, acutas, illic obliquas, curvatas, latescentes, variis migrant modis; hisque alia aliis firmiter intexuntur, & quasi serratis pectinatim struuntur compagibus: alibi utraque in squamam tenuantur, unumque alteri late insidet, & eminentiis emissis exiguis connectitur; ut in unoquoque loco opportunum est. Atque hinc oriuntur *suturae cranii propriae:* hae insignes, latae, & admodum implicatae; aliae exiliores & simpli-

1 Vesal. Lib. I. Cap. VI. Fig. I.

pliciores; jamque aliae imbricatae, aliae confutos referentes pannos, pluribus modis; nec ipfae fibi ubique fimiles: omnes autem extrinfecus manifeftiores, & ibi praefertim inter fe diffimiles; intrinfecus exiliores, & obfcuriores, & etiam fimpliciores: prima *Coronalis* [2], transverfa, ad tempora per fynciput tendens circulari fpecie, cum additamentis interioribus fuis [3]: tum *Lambdiformis* [4], fimiliter transverfa, ad aures per occiput tendens, ad utramque aurem late disjuncta, in ipfo adfcenfu in mucronem abeuns; cum additamentis inferioribus [5], deductis ad mediam calvae bafin: tertia *Sagittalis* [6], recta, a mucrone lambdiformis per medium verticem & fynciput ad mediam coronalem recta procedens, & modo ibi definens, modo frontem fecans, & inter fupercilia finiens [7]: poft hanc duae *Squa-*

2 Vid. citat. §. 14. 13.
3 Vid. citat. §. 18 4 & 5.
4 Vid. citat. §. 14. 6.
5 Vid. citat. §. 21. 5. & 22. 2 & 3.
6 Vid. citat. §. 14. 4.
7 Vid. citat. §. 15. 1.

Squamosae conglutinationes [8], super aures utrimque a temporibus per capitis longitudinem porrectae, semicircularis specie; cum additamentis posterioribus [9] rectis, & prioribus transversis [10]: & quae os cribriforme intrinsecus circumscribit [11].

8 Vid. citat. §. 16. 4. & 14. 11 & 10.
9 Vid. citat. §. 14. 8.
10 Vid. citat. §. 25. 4 & 5. & 27. 2 ultim.
11 Vid. citat. §. 41. 2 & 3.

55. Ut tamen exstructum ex his con-
a 45. ceptaculum [a] admitteret a corde venientes arterias, emitteret & ad cor tendentes venas, & medullam spinalem, & nervos in corpus ducendos cum membranis, multis necessario distinctisque foraminibus artificiose pervium redditum est; maxime in medio fundo.

56. Horum *prima* [1] censentur ossis
a 41. cribriformis [a], plurima, exigua, quaedam circularia, alia ovalia, oblonga alia, partim recta, partim nonnihil obliqua, quae totum id os cribro simile fa-

1 Vid. citat. §. 41. 1.

faciunt; omnia a calvariae cavo ad nares perforantur; & fibras nerveas a superincumbentibus processibus mammillaribus plurimas, aliasque, cum vasculis & membranis, ad nares admittunt.

57. *Par secundum*, ossis multiformis, ore [1] magno & quodammodo orbiculato utrimque incipit in summo ossis multiformis [a], inter ejus basin, hujusque quibus latescit processus tenues; inde in priora & exteriora per idem os procedit, & tandem ad posteriora foraminis oculi patet [2]. Emittit nervos opticos; quorum continuitas medio inter haec foramina ossi incumbens, vestigium [3] ei lene imprimit. Emittit & diverticulo quodam [4] arteriolas ab interna carotide ad foramina oculorum. a 32.

58.

1 Eustach. Tab. XLVI. Fig. 12. 28 ÷ 54 $\frac{1}{2}$ & 0 ÷ 54 $\frac{1}{2}$ Vesal. Lib. I. Cap. XII. Fig. 3. E.

2 Vesal. l. c. Fig. 1. E. Eustach. l. c. Fig. 1. 2 $\frac{1}{2}$ ÷ 12.

3 Vesal. l. c. Fig. 3. F.

4 Ibid. γ.

58. *Par tertium*, utrimque incipit [1]
a 32. ad latera baſeos [a] oſſis multiformis, ſub proceſſibus hujus tenuibus, inter eos &
b 34. proceſſus ejusdem laterales [b], principio quodammodo orbiculato; adſcendendo autem in latus & paulliſper priora verſus in rimam magnam anguſtatur [2],
c 18. & appoſito tandem oſſe frontis [c] terminatur; totum ſtatim ad poſtica & ſuperiora foraminis oculi patens [3]. Pertransire ſinit nervorum paria, tertium, quartum, quinti ramum primum, ſextum, arteriolas, venulasque.

1 Veſal. Lib. I. Cap. XII. Fig. 3. G.
2 Euſtach. Tab. XLVI. Fig. II. 9 ÷ 61. & 13 ÷ 61. *intrinſecus.* Fig. 16. 27 ÷ 76. & 31 ÷ 76. *extrinſecus.*
3 Veſal. l. c. Fig. I. G.

59. *Par quartum*, oſſis multifor-
a 34. mis [a], multo anguſtius, fere teres, utrimque incipit [1] pone praecedens, non
b 53. longe a ſella equina [b], ubi os ab ea decli-

1 Euſtach. Tab. XLVI. Fig. 12. 26 ÷ 55. coll. cum Fig. 14. 26 ÷ 69. Veſal. Lib. I. Cap. XII. Fig. 3. H.

clive ad latus fertur; inde in priorem partem nonnihil extrorſum procedens, tandem patet [2] e regione partis foraminis oculi poſticae imaeque [3]. Emittit ramum paris nervorum quarti ſecundum.

2 Euſtach. l. c. Fig. 16. 26 ÷ 77. & 32 ÷ 77. Fig. 13. 50 ÷ 63 1/2.

3 Veſal. l. c. Fig. 1. H.

60. *Par quintum*, totum plerumque oſſis multiformis, praecedenti multo majus, ovale, oblique poſitum, a ſuperiori [1] oſſis multiformis [a] parte, ubi a 34.
id petroſo & ſquamoſo nectitur, pone praecedens, recta deorſum ad poſteriora & exteriora proceſſuum aliformium patet [2]. Emittit ramum paris nervorum quinti tertium, maximum.

61.

1 Euſtach. Tab. XLVI. Fig. 12. 25 ÷ 57. & 33 ÷ 57. coll. cum Fig. 14. 24 ÷ 71. & 34 ÷ 71. Veſal. Lib. 1. Cap. XII. Fig. 3. Q.

2 Euſtach. l. c. Fig. 13. 44 ÷ 66. & 51 ÷ 66. Veſal. l. c. Fig. 2. Q.

61. *Par sextum*[1], quo recta utrimque perforatus est ultimus ossis multi-
a 34. formis [a] angulus, qui se inter os squamosum & petrosum interserit, valde angustum, & orbiculatum, arteriolas, utrimque unam, ad duram membranam admittit; venulas emittit. Ab his per internam lateris calvariae partem sursum procedunt vestigia [2] oblonga, referentia truncos quasi majores & profundos, sursum versus & ad partem priorem & ad posteriorem paullatim angustatis diffusos ramis, & maxime in ossibus squamosis, multiformi, verticis [3] & occipitis impressa; quae iisdem vasis in exteriorem durae membranae partem ductis cedunt: ad haec alia similia in osse frontis [4] accedunt.

1 *Extrinsecus*, Eustach. Tab. XLVI. Fig. 13. 48 ÷ 67. Vesal. Lib. 1. Cap. XII. Fig. 2. R.
Intrinsecus, Eustach. l. c. Fig. 12. 25 ÷ 58. & 54 ÷ 58. Vesal. l. c. Fig. 3. R.
2 Vesal. l. c. Fig. 3 & 4. T. T. T. T. T.
3 Eustach. l. c. Fig. 7.
4 Ibid. Fig. 4.

62. *Par septimum*, sunt canales am-

ampli & tortuosi, qui utrimque incipiunt [1] extrinsecus in imo medioque osse petroso [a], ore magno & ovali; & mox ad priora incurvati, per partem ossis petrosi dimidiam priorem totam procedunt, introrsum oblique in priora; tandem ab extremo petroso [2] sursum & nonnihil ad priora incurvati, patent [3] ad cavum calvariae, ab utroque subrecti ossis multiformis [b] latere, ore magno & ovali, facto a coeunte osse petroso extremo cum multiformi [c]: hi in calvariae cavum admittunt arterias carotides internas. Atque hae porro sub dura membrana procedentes, leniter in osse multiformi [d] imprimunt vestigia, quae ab his aperturis ad sellae equinae [e] latera, ubi primo ab ea declives ad latera recessus sunt, in priora leniter adscendendo excurrunt, & tandem rectius mo-

a 27.
b 46.
c 32. 34.
d 32.
e 53.

1 Vesal. Lib. I. Cap. XII. Fig. 2. X. Eustach. Tab. XLI. Fig. 13. 40 ÷ 72. & 47 ÷ 72.
2 Eustach. Tab. XLVI. Fig. 5. 21 ÷ 26. & Fig. 6. 38 ÷ 23.
3 Vesal. l. c. Fig. 3. X. quodammodo.

modice interiora verſus adſcendentia, & ultimo quaſi retrorſum incurvata, finiunt [4] ſtatim pone par foraminum ſe-
f 57. cundum [f], ab exteriori parte eductis poſteriora & interiora verſus proceſſibus clinoideis terminata.

4 Veſal. l. c. Fig. 3. pone E. Euſtach. Tab. XLVI. Fig. 12. 28 ÷ 55. & 30 ÷ 55.

63. *Par octavum*, amplum, oſſis pe-
a 28. troſi [a], in poſteriore fere media ejus regione incipiens [1], & inde ad exteriora retrorſum oblique procedens, admittit par nervorum ſeptimum, cum molle tum durum: extremo ſuo maximam partem ad cochleam & ad veſtibulum auris pertinet, eoque deducit portionem mollem; a parte autem eadem & ſuperiori & poſteriori abit in canalem anguſtum, *aquaeductum* a Falloppio dictum, procedentem per tympanum, donec inter proceſſum mammil-
b 29. larem [b] & ſtyliformem [b] extrinſecus pateat

1 Euſtach. Tab. XLVI. Fig. 5. 22 ÷ 25. Veſal. Lib. I. Cap. XII. Fig. 3. a.

teat *foramine caeco* [2], ad emittendam portionem duram.

2 Vesal l. c. Fig. 2. b. Eustach. Tab. XLI. Fig. 13. 38 ÷ 73.

64. *Par nonum*, sunt hiatus [1] ampli, quasi interrupti, utrimque facti ab osse petroso [a] coëunte cum osse occipi- a 28.
tis [b]; uterque quodammodo geminus, b 22.
parte interiora spectante, angusta, emittit par nervorum octavum, & ad id accedens spinale; parte, quae exteriora spectat, multo ampliore, emittit lateralem durae membranae sinum, & ad duram membranam admittit arteriolam: hujus autem sinus amplum in quod migrat diverticulum in se recipit spatium [2] magnum, fere circulare, quod est ad basin calvariae inter processum styliformem [c] & tuber ossis occipitis [d], par- c 29.
tim ab osse occipitis [e], partim etiam a d 23. e 22.
petroso [f] factum. f 27.

65.

1 Vesal. Lib. 1. Cap. XII. Fig. 3. c.
2 Ibid. Fig 2. c. Eustach. Tab. XLI. Fig. 13. 40 ÷ 73. & 48 ÷ 73.

65. Tendunt autem insignia ad istos hiatus *vestigia*, a durae membranae sinibus in calvaria intrinsecus impressa.
a 47. Primum[1] a foramine caeco [a] inter emi-
b 47. 4. nentias descriptas [b] per medium os fron-
c 16. tis [c], tum per ossa verticis [d] fere sub
d 14. sutura sagittali, & tandem per os occi-
e 21. pitis [e] medium ad partem ejus crassissimam [e] recta incedit, ex angusto principio paullatim latescens; donec in duo abeat lateralia [2], ampla, quae a medio crassissimoque osse occipitis [e] ad latus utrumque, fere horizontaliter, procedunt, primo inter eminentias descri-
f 46. ptas [f] per os [g] occipitis [3] & deinde per
g 21. os [h] verticis [4] ad partem ossis petrosi [i]
h 14.
i 28. posticam, tumque pone istud ad interiorem & priorem fundi calvariae partem oblique descendunt per partem os-
k 26. sis temporis [k] mammillarem [5] & per
l 22. exiguam denique ossis [l] occipitis, leniterque

1 Vesal. Lib. I. Cap. XII. Fig. 4. l. l. l.
2 Ibid. Fig. 3. i. i. i.
3 Ibid. i primum.
4 Ibid. i secundum.
5 Ibid. i tertium.

que tandem ad priora incurvata & vel-
ut adſcendentia in dictos [m] migrant m 64.
hiatus. Tum duo alia, quae plerum-
que oſſi occipitis [n], proxime ejus cum n 22.
petroſo [o] nexum, utrimque impreſſa o 28.
ſunt, anguſtiora, & a ſubrecta poſtica
oſſis multiformis parte [p], per margi- p 46.
nem oſſis occipitis, ſub eminente pe-
troſo, retrorſum deſcendendo ad eos-
dem hiatus extrorſum incurvata. In
ſummis praeterea oſſibus [q] petroſis veſti- q 28.
gia eſſe ſolent exilia, ſinibus pariter
cedentia.

66. Quaedam etiam *foramina*, ab
exteriori calvariae parte ad impreſſa illa
veſtigia [a] plerumque perforata, venulas a 65.
inprimis ad ſinus admittunt. Praecipua
ſunt, *duo* [1] quae a poſteriori proceſſuum
mammillarium [b] parte in ſinus laterales b 29.
deducunt venas occipitii; utrumque mo-
do totum [1] in oſſe [c] mammillari, modo c 26.

a

1 *Extrinſecus*, Veſal. Lib. 1. Cap. XII. Fig. 2. g. Euſtach. Tab. XLVI. Fig. 4. 49 ÷ 16. & ſic Fig. 8. 10. 16.

Intrinſecus, Euſtach. l. c. Fig. 5. 27 ÷ 23. Veſal. l. c. Fig. 3. g.

a coeunte [2] osse [c] mammillari cum os-
d 21. se [d] occipitis factum. Tum *duo alia*, quae
e 23. incipiunt [3] a postica tuberum [e] ossis oc-
cipitis parte, & inde per idem os longiori via in priora & sursum versus procedunt, donec ad praecedentes hia-
f 64. tus [f] intrinsecus pateant; quo versus deducunt venas vertebrales. *Duo* de-
g 14. nique *verticalia* [4], ossium verticis [g], perquam exigua, ad suturam sagittalem, non longule a lambdiformi. Haec tamen foraminum tria paria interdum ab uno desunt latere, saepe ab utroque.

2 Valsalva de aure human. Tab. IV. d.
3 Vesal. l. c. Fig. 2. f. Valsalv. l. cit. e.
4 Eustach. l. c. Fig. 8. 6 ÷ 44. & 7 ÷ 44. Spigel. Lib. II. Tab. 2. g. g. & Tab. 4. Fig. 1. G. G. *Intrinsecus*, Spigel. l. c. Tab. 4. Fig. 2. G. G.

a 22. 67. *Par decimum*, ossis occipitis [a], satis amplum & teres, incipiens [1] fere
b 23. supra media istius ossis tubera [b], pro-
c 68. pe marginem magni foraminis [c], & oblique incedens exteriora & priora versus,

1 Vesal. Lib. I. Cap. XII. Fig. 3. d.

ſus, donec nonnihil ſupra eadem tubera [b] extrinſecus pateat [2], emittit par nervorum nonum.

---

2 Ibid. Fig. 2. d.

---

68. *Foramen* denique *unicum* [1], oſſis
occipitis [a], maximum, ovale, quo re- a 21.
cta deorſum inter tubera [b] oſſis occipi- 22.
tis medius camerae cerebelli fundus pa- b 23.
tet, emittit oblongatam medullam; intromittit arterias vertebrales, & par nervorum ſpinale ad octavum accedens.

---

1 *Intrinſecus*, Euſtach. Tab. XLVI. Fig. 9. 29 ÷ 42. Veſal. Lib. I. Cap. XII. Fig. 3. e.
Extrinſecus, Veſal. l. c. Fig. 2. e.

---

69. Jam vero calvaria a ſuperiori parte, quod ibi caput finit & corpus totum, ſimplex & uniusmodi extrinſe-
cus facta eſt, atque ad cavi ſui [a] ſpe- a 45.
ciem figurata; niſi quod os modo tenuius, modo craſſius, eam nonnihil diſcrepare faciat.

70. Eſt autem pars calvariae dimi-

dia ſuperior fere tenuiſſima & infirmiſſima ad ſynciput; tum ad tempora: ad verticem vero & ad aures craſſior & validior, quam a priori parte tota.

71. Deinde ab utroque latere ſuperficiem [1] habet ampliſſimam, a ſuperiori parte termino [2] quaſi ſemicirculari & aſperulo finientem, laevem, factam ab

a 14. oſſe verticis [a], ſquamoſo [b], multifor-
b 25. mi [c], & frontis [d]; e qua muſculus tem-
c 35.4.
d 16. poralis enaſcitur; ſub quo os totum quaſi compreſſum tenuius eſt, ſimul & denſius & etiam durius.

---

1 Veſal. Lib. 1. Cap. VI. Fig. 3. ſub R. R. R. usque Q. a. &c.
2 Ibid. R. R. R.

---

72. At ab inferiori parte admodum varia facta eſt, multiformis & praerupta, modo ſinuata, modo in proceſſus excreſcens, hic tenuis & denſa, illic craſſa & rara, majorem partem carnibus immerſa; ut apta eſſet & ad maxillam ſuperiorem partim faciendam partim firmandam, & ad articulos tam ma-

xillae

xillae inferioris, quam capitis cum summa vertebra fabricandos, & ad partes molliores varias locandas firmandasque.

73. Praeter descriptas praecedentium ossium partes [a] MAXILLAM SUPERIO- a 17.
18. 19.
REM [1] ossa componunt tredecim; duo 29. 1.
Maxillaria superiora, ad partes ejus 33.
omnes pertinentia [2]; duo *Palati*, a 35. 5:
36. 38.
parte horum postica [3]; duo *Nasi*, a 39 41.
priori & superiori [4]; *Unguis* duo, a la- 42. 43.
teribus, in oculorum cavis, ad nasum [5]; 44.
duo *Jugalia*, ab exterioribus lateribus [6]; duo *Spongiosa inferiora*, ab interioribus; tertium decimum *Vomer*, intrinsecus in medio, discernens [7].

1 Vesal. Lib. 1. Cap. VI. Fig. 3. 5. Cap. IX. Fig. 1.
2 Ibid. Cap. VI. Fig. 3 & 4. S. S. Fig. 5. S. Λ, Λ. & Cap. IX. Fig. 1. Λ. Λ.
3 Ibid. Cap. VI. Fig. 5. Π. Π.
4 Ibid. Cap. IX. Fig. 1. Ξ. Ξ.
5 Ibid. Δ.
6 Ibid. Cap. VI. Fig. 3. Q. Q. Q. Fig. 5. Q. Γ. Cap. IX. Fig. 1. Γ.
7 Ibid. Fig. 5. Ξ. & Cap. IX. Fig. 1. ad g.

74. Ex his, & ex partibus, ad quas accedunt, calvae ossium, constant ocu-

lorum cava, nares, maxilla ſuperior, palatum, genae.

75. OSSA MAXILLARIA SUPERIORA[1] maxima ſunt & multiformia; faciuntque maxillam ſuperiorem; maximam palati, narium, & genarum partem; magnam quoque foraminum oculorum.

1 Citatis §. 73. 2. adde Euſtach. Tab. XLVII. Fig. 7. partem maximam.

76. Ergo ſuis imis partibus, & a priori parte, & a lateribus, in marginem[1] coeundo[2] abeunt magnum, craſſum, aequabiliter incurvum, extrinſecus[3] ſimum, ex interiori parte[4] cavum, a priori maxime gibbum, ad poſteriora patentem[4]; quae proprie *maxilla ſuperior*: hic gingivam facit, ac ſuperiorum dentium radices continet[4], foſſulis ſuis ſexdecim, ſimiliter ac dentium iſtorum radices variis, quas ab

1 Veſal. Lib. I. Cap. VI. Fig. 4. ab S. per priora, fere ad 4.

2 Ibid. Cap. IX. Fig. I. h.

3 Ibid. Cap. VI. Fig. 3. S. S. & Cap. IX. Fig. I. ab N. per b. ad dextrum latus.

4 Ibid. Cap. VI. Fig. 5. ante u. α. α. u.

b inferiori parte alias propter alias per
otam longitudinem habet dispositas,
mnes sursum versus tendentes, pro-
undas, & ex amplis totamque margi-
is latitudinem occupantibus alias in u-
um oblongum & caecum finem, alias
duos tresve varie coarctatas.

77. A parte hujus intrinseca tota,
sque ad utramque fossulam quae den-
m alterum ab ultimo continet, lami-
ae [1] ad se mutuo producuntur binae,
mplae, a priori parte ex imo margine
posteriora & superiora modice con-
vae, inde autem per latera ex altiori
aullatim marginis parte exeuntes & ex
ansverso planiores, junctae simul [2],
ossibus [a] palati [3], ima parte scabrae; a 86.
ae partem faciunt palati ossei prio-
m maximamque.

1 Vesal. Lib. I. Cap. VI. Fig. 5. inter α. u. t. u.
α.
2 Ibid. y.
3 Ibid. u. t. u.

78. Ossa haec supra descriptas lami-
s [a] pariter ampla, utrimque admo- a 77.
dum

dum & aequabiliter ex transverso cava-
b 76. ta [1], cavis ad priora supra maxillae [b] par-
tem quae incisorum radices contine-
productis [2], sensimque angustatis, par-
tem faciunt fundi laterumque narium si-
militer priorem & maximam: partibus
superioribus [3] longis & angustis, ac ple-
rumque quasi cavernosis, utrimque ex-
c 42. cipiunt os cavernosum [c]: in medio au-
d 95. tem, qua parte coeunt, vomeris [d] par-
tem priorem sustinent [4].

1 Palfyn de ossib. Tab. 1. Fig. 1. w. & Tab. 11. Fig. 2. M.
2 Vesal. Lib. 1. Cap. IX. Fig. 1. ad g.
3 Eustach. Tab. XLVII. Fig. 6. 42 $\frac{1}{2}$ ÷ 4.
4 Ibid. Fig. 3.

79. Extrinsecus autem ossium isto-
a 76. rum quodvis supra eandem maxillam [a]
a nasi foramine ad posteriora, late ac
cavum oculi usque elatum [1], locum na-
ribus inter maxillam & oculi foramen
augendis parat. Simul & ab exteriori
parte superiora & maxime exteriora
ver-

1 Vesal. Lib. 1. Cap. IX. Fig. 1. Λ. B. coll. cum Cap. VI. Fig. 4. S. Φ.

verſus inſigniter craſſeſcens & procerius eductum, os jugale [b] verſus quaſi ex- b. 93.
creſcit [2], donec id ipſum extremitate aſperrima ſuſtineat & firmet [3]: ad priora hujus fere ſinuatum [4], & genam cum oſſe jugali producens; ad poſteriora gibbum [5] & aſperiuſculum, locans & educens muſculi pterygoidei externi maxillae inferioris partem.

2 Ibid. Cap. IX. Fig. I. b & a verſus.
3 *A parte priori*, Ibid. a & b.
A poſteriori, Ibid. Cap. VI. Fig. 4. f.
Ab inferiori, Ibid. Fig. 5. f.
4 Ibid. Cap. IX. Fig. I. Λ. B.
5 Ibid. Cap. VI. Fig. 4. S. Φ.

80. Huic porro a poſterioribus per interiora ad priora continuata pars oſſis poſtica ſimul & interna, quae extremo palato & oculi cavo continetur [1], extrinſecus gibba & aſpera, ſatisque lata,

1 Euſtach. Tab. XLVII. Fig. 7. inter $50\frac{1}{2} \div 7$. & $51 \div 3\frac{1}{2}$.

ta, praesertim ab inferiori parte[2], firmissime connectitur[3] ossi palati[a].
a 86. 87. 89.

2 Ibid. $50\frac{1}{2} \div 6$.

3 *Extrinsecus*, Ibid. Fig. 1. a $3\frac{1}{2} \div 3\frac{1}{2}$ ad $4 \div 7$.
Intrinsecus in cavo narium, Ibid. Fig. 6. $43 \div 4$. & $41\frac{1}{2} \div 6$. & $42\frac{1}{2} \div 7\frac{1}{2}$.

81. Os itaque inter oculi foraminis fundum & maxillam, statim supra fossulas hujus quae radices dentium molarium omnium, vel posteriorum quatuor, continent, intus totum cavatum est, habetque cavernam[1] maximam, a parte exteriori & a superiori undique fere tenui osse circundatam, qui *sinus maxillaris*: haec vero ab interna parte ad os maxillare superius adpositis ossibus
a 87. palati[a] & spongioso inferiore[b] & ca-
b 94. c 42. vernoso[c] perfecta, ore[2] inter haec ossa

1 Eustach. Tab. XLVII. Fig. 7. $50 \div 4$. & Paaw. prim. an. de oss. pag. 64. Fig. 1. *ubi in antrum integrum per ejus os apertum introspicis.* Higmor. Disq. an. Tab. XVI. Fig. 1 & 2 M. & Fig. 3. F. *ubi medium dissectum.* Drake Anthrop. Lib. III. Tab. XVIII. Fig. 1. K, *ubi extrinsecus in latere effractum.*

2 Eustach. l. c. Fig. 6. $41 \div 4$.

ſa magno ad latus cavi narium patet; has inſigniter auget; mucum recipit, ſervat, & capite ad latus oppoſitum inclinato emittit.

82. Jam vero os ſupra hanc cavernam maximam partem tenue [1], ſolidum, pellucens, ſimul a priori parte ad poſteriorem & ab exteriori ad interiorem acclive, a ſuperiori parte [2] latum, planius, laeve, & plerumque aequabile, excipiens os [a] unguis [3], [b] planum [4], & [c] palati [5], fundum foraminis oculi fere totum facit.

a 92.
b 43.
c 89.

---

1 Euſtach. Tab. XLVII. Fig. 7. $41 \div 3\frac{1}{2}.$

2 Veſal. Lib. I. Cap. IX. Fig. I. A. in oculorum cavis.

3 Ibid. à c. i verſus.

4 Vid. citat. §. 43. 4.

5 Euſtach. l. c. Fig. I. $3\frac{1}{2} \div 3\frac{1}{2}.$ & Fig. 6. $43 \div 4.$

---

83. Deinde a priori parte ſupra dentis canini & proximi molaris radicem, ante ſinum [a], excreſcit in altum, pro- a 81.

ceſſu [1] oblique poſito; primum lato, extrinſecus modice convexo, intrinſecus cavo [2]; deinde nonnihil retrorſum adſcendente & anguſtato, ibique extrinſecus planiore & leviter ſinuato, ex interiori parte [3] craſſeſcente, aſperato, & excipiente os cavernoſum [b]; tan-
b 42. dem ad os frontis [c] pertingente, eique
c 17. connexo [4]. Hic totum os atque adeo totam maxillam a priori parte firmat; ſimul & de gena primo ſurgentem naſum facit; ora priori & ſuperiori, fere recta, oſſicula naſi [d] excipiens [5]; infe-
d 91. riori autem, acuta & lunata, finiens naſum oſſeum [6]: a parte quoque poſteriori [7], majorem partem nexus [8] oſſi unguis

1 Veſal. Lib. 1. Cap. IX. Fig. 1. inter B. i. X. Y. e.
2 Euſtach. Tab. XLVII. Fig. 7. 47 ÷ 4.
3 Ibid. 47 ÷ 2.
4 Vid. citat. §. 17. 3.
5 Veſal. l. cit. Y. e.
6 Ibid. ab e. deorſum.
7 Ibid. inter i & X.
8 *Extrinſecus*, Ibid. ab X. deorſum.
Intrinſecus, Euſtach. Tab. XLVII. Fig. 7. 47 $\frac{1}{2}$ ÷ 2.

ɹis [e], extremitate craſſa & quaſi luna- e 92.
ɩ finit oculi cavum.

84. *Eminentia* oblonga & aſperula, ;uae eſt in parte interiore principii hu- ıs proceſſus, a poſterioribus in prio- ı modice deſcendens & incurvata, par- :m appoſiti oſſis ſpongioſi inferio- ;s [a] priorem excipit & firmat. a 94.

85. OSSA PALATI [1], exigua & per- ıuam varia, ſunt praecedentium com- llementa quaedam, ad palatum, nares, : ad oculorum cava perficienda; atque :l commodum eis connexum cum pro- :ſſibus aliformibus praeſtandum.

---

1 Euſtach. Tab. XLVII. Fig. 8. Vidus Vidius A- ıat. Lib. II. Tab. VI. Fig. 19.

---

86. Namque partibus imis [1], latis, ıuodammodo quadrangulis, tenuibus, ɔlidis, ab inferiori parte [1] planis & :abris, a ſuperiori [2] ex transverſo ca- ;atis & lenibus, junctis ſimul [3], & oſſi- bus

---

1 Veſal. Lib. I. Cap. VI. Fig. 5. II. II.
2 Palfyn de oſſ. Tab. I. Fig. I. X.
3 Veſal. l. cit. t. x.

a 77. 80. bus [a] maxillaribus superioribus [4], a posteriori parte tenuibus & quasi lunatis palatum osseum [1] & narium fundum [2] po-
b 77. ne ossa maxillaria superiora [b] perficiunt; media quoque, qua coëunt, parte vomerem sustinentes.

---

4 *Ab inferiori parte*, Ibid. u. t. u. adde Eustach. Tab. XLI. Fig. 13. 45 ÷ 67.
A superiori, Palfyn. l. c. ante X.

---

a 86. 87. Ab externo hujus [a] partis latere os palati quodvis surrigit laminam [1] latam & tenuem, quae ad os maxillare
b 80. superius [b] latere suo externo, leviter cavo, late applicata [2], eique aspera superficie & a posteriori & ab inferiori parte firmiter adnexa, perficit posti-
c 81. cam [c] sinus maxillaris [3] & lateris cavi narium [4] partem; ad haec cava utrobique lenis; praeter *eminentiam* oblongam & as-

---

1 Eustach. Tab. XLVII. Fig. 8. 53 $\frac{1}{2}$ ÷ 5 $\frac{1}{2}$.
2 Ibid. Fig. 1. 3 $\frac{1}{2}$ ÷ 5.
3 Ibid. conf. cum Fig. 7. & 8. Figuram 6.
4 Ibid. Fig. 6. 43 ÷ 5 $\frac{1}{2}$.

perulam, rectiorem, quae per medium
us [1], quod ad nares est, a prioribus
posteriora modice descendit, ad ex-
piendam & firmandam partem ossis
ongiosi [d] inferioris posteriorem. [d] 94.
88 Haec [a] deinde a parte posteriori [a] 87.
superiori abit in laminam [1] tenuem,
is latam, in posteriora vergentem,
ndem & late applicatam [2] ad partem
rinsecam parietis interioris aliformis
ocessus [b], & nexam [3] ossis multifor- [b] 37.
s basi, sub ejus sinu [c], proxime a- [c] 39.
ormem processum [d]; ut claudat hia- [d] 36.
m, qui inter os maxillare superius [e] & [e] 80.
ctam [d] alam ad nares caeteroquin pa-
ret; naresque ibi perficiat.

Ab interno latere, Eustach. Tab. XLVII. Fig. 8.
÷ 5.
Ab externo, Ibid. Fig. 1. 2 $\frac{1}{2}$ ÷ 5 $\frac{1}{2}$.
Latere citat. supr. 1 ext. Conf. cit. §. 36.
im.
Extremo 55 $\frac{1}{2}$ ÷ 5. Fig. 8. ibid. & 2 ÷ 5.
. 1.

---

89. Quin etiam a parte priori & su-
riori altius ad os maxillare [a] prore- [a] 80.
pens

pens [1], & paullatim crassescens, per-
tingit tandem ad oculi cavum, & a
ossis multiformis basin; nexa, part
b 80. priore ossi [b] maxillari superiori [2], par-
te postica [3] ossis multiformis basi non
nihil ad exteriora & inferiora oris sinu
c 39. sphenoidalis [c], parte superiore [4] ossi
d 43. plano [d], interiore [5] cavernoso [e]: si
e 42. connectit ea parte os maxillare superiu
cum multiformi; claudit similiter adi-
tum ad nares; atque intrinsecus [5] quo-
dammodo cavernosa, una cum finitima
f 78. 3. ossis maxillaris superioris parte [f] ad ca-
g 42. vernulas ossis cavernosi [g] accedit, na-
res sic perficiens; a superiori denique
par-

---

1 *Extrinsecus*, Eustach. Tab. XLVII. Fig. 1.
$3 \div 4$.
Intrinsecus, Ibid. Fig. 6. $43 \div 4$. & Fig. 8.
$54 \div 4$.
2 *Extrinsecus*, Ibid. a $3 \div 5$. ad $3\frac{1}{2} \div 3\frac{1}{2}$.
Intrinsecus, Ibid. Fig. 6. $43 \div 4$.
3 Ibid. Fig. 1. $2\frac{1}{2} \div 4$. & Fig. 6. $44 \div 4$. &
Fig. 8. $54\frac{1}{2} \div 3\frac{1}{2}$
4 Ibid. Fig. 8. $54 \div 3\frac{1}{2}$. & Fig. 6. $43\frac{1}{2} \div 3\frac{1}{2}$.
5 Ibid. Fig. 6. $43\frac{1}{2} \div 4$.

parte planior, modice ex transverso sinuata, aequabilis, laevis, & in priora acclivis latescensque, fundum foraminis oculi pone os maxillare [h] perficit, h 82.
exiguam apponens partem.

90. Tandem pars ossis totius eadem & postica & inferior & etiam extrinseca, ad extremum palatum, in processum [1] migrat crassiusculum; qui retroversus & extrorsum descendit ad processum aliformem [a]; atque extrinseca a 36.
principii sui parte, leviter cava & aspera, firmiter connectitur [2] ossi maxillari superiori [b], ad internum fossulae, b 86.
quae radices dentis postici continet, latus; a parte autem postica, cavis duobus oblongis, asperulis, ad utrumque marginem positis, excipit [3] firmatque de-

1 *Extrinsecus*, Eustach. Tab. XLVII. Fig. 1. $3\frac{1}{2} \div 7$.
Intrinsecus, Ibid. Fig. 8. $54 \div 7$. & Fig. 6. $43 \div 7$.
Ab inferiori parte, Ibid. Tab. XLI. Fig. 13. $46 \div 68$.
2 Ibid. Tab. XLVII. Fig. 1. $4 \div 7$.
3 Vid. citat. §. 36. 4 ultim.

dehiſcentem proceſſus aliformis finem. Sic cum multiformi [a] ea inprimis parte connectit os maxillare ſuperius [b], totamque maxillam firmat; perficiens ſi-
c 37. mul cavum alare [c], parte cavis iſtis interjecta, exigua, quodammodo triangula, ab acuta ſuperiore parte deorſum verſus lateſcente, aequabili, & modice cavata.

91. OSSICULA NASI additamenta oſſium maxillarium ſuperiorum ſunt, tenuia, ſolida, firma, oblonga & lata, oris prioribus & ſuperioribus proceſ-
a 83. ſuum [a] maxillarium ſuperiorum ſuperimpoſita [1] & connexa; juncta etiam ſi-
b 17. mul [2], & oſſi [b] frontis [3]. Atque haec principio ſatis anguſto ab oſſe frontis primum rectius in priora aliquantiſper deſcendentia & plerumque nonnihil anguſtata [4], eâque parte craſſa, intrinſe-
c 44. cus [5] aſpera & innitentia narium ſepto [c], gla-

1 Vid. citat. §. 83. 5.
2 Veſal. Lib. I. Cap. IX. Fig. I. a Z ad f.
3 Vid. citat. §. 17. 6.
4 Veſal. l. c. à Z Y ad z.
5 Euſtach. Tab. XLI. Fig. 4. 21 $\frac{1}{2}$ ÷ 2.

glabellam perficiunt: deinde deorſum verſus inſignius lateſcentia & in priora eminentia [6], extrinſecus ſima [6], intrinſecus cava [7], editiſſimum naſi dorſum producunt: imis tandem oris [8], acutis & inaequabilibus, finientia partem naſi oſſei ſuperiorem.

6 Veſal. l. c. ab z ad f. e.
7 Euſtach. l. c. 21 $\frac{1}{2}$ ÷ 3.
8 Veſal. l. c. ab f ad e.

92. Ossicula unguis [1], oſſium planorum [a] complementa, bracteolae ſunt oſſeae, ſatis ſolidae, tenerae, quae cavernulas oſſis cavernoſi [b] quaſi ſquamarum inſtar a priori parte integunt; utrimque nexa oſſi [b] cavernoſo, [a] plano [2], [c] frontis [3], & [d] maxillari ſuperiori [4]: ſic perficiunt & a naribus dividunt oculorum cava.

a 43.
b 42.
c 18.
d 82. 83.

93.

1 Vid. citat. §. 73. 5. & Euſtach. Tab. XLVII. Fig. 6. 40 ÷ 3. & ſic quoque Fig. 7.
2 Vid. citat. §. 43. 3.
3 Vid. citat. §. 18. 10.
4 Vid. citat. §. 82. 3. & §. 83. 8.

93. OSSA JUGALIA [1], crassa & fir-
a 79. ma, ossibus maxillaribus superioribus [a]
quasi superenata [2], & ab iis processibus
b 35. suis pertingentia ad os [b] multiforme [3],
c 17. [c] frontis [4], & ad zygomaticos [d] pro-
d 29.1. cessus [5], hisque omnibus firmiter nexa, calvariae maxillam superiorem inprimis jugant, hancque firmissima quasi compactione stabiliunt. Simul & quodvis extrinsecus a priori parte [6] gibbum, atque a latere [7] planius, cum osse maxilla-
e 79. ri superiori [e] facit prominulam sub oculo genam: atque ab interiori parte [8], quae ad cavum oculi est, latius, & ab osse maxillari primum in exteriora deinde in superiora ad os frontis [c] & multiforme [b] usque concavum, laeve, finit oculi cavum, ejusque partem facit eandem & priorem & exteriorem & etiam in-

1 Vid. citat. §. 73. 6.
2 Vid. citat. §. 79. 3.
3 Vid. citat. §. 35. 2.
4 Vid. citat. §. 17. 5.
5 Vid. citat. §. 29. 2.
6 Vesal. Lib. I. Cap. IX. Fig. I. a. b. Γ.
7 Ibid. pone Γ.
8 Ibid. Γ. in oculorum cavis.

ıferiorem totam: parte autem ſuperio-
& exteriori 9 perficit temporis cavum:
latere denique in poſteriora & ſupe-
ora ad proceſſum zygomaticum d pro-
ectum 10, & ex lato nonnihil tenua-
ım, totumque tenuius, *jugum* 11 cum
ito proceſſu producit; qui eſt arcus,
oris gibbus, latis utrimque ſed ſe mu-
uo verſus gracileſcentibus radicibus
rodeuns, a calvaria admodum remotus,
ortis; quo natura muſculum tempora-
em, & maxillae inferioris cui is inſeri-
ır proceſſum, ſub tempore circumde-
iit, ut cum finitima oſſis maxillaris ſu-
erioris parte locum pararet educendo
aſſeteri, & ut parte poſteriori & ſu-
eriori 12, ſinuata, a poſterioribus in
riora declivi & lateſcente, regeret
emporalem.

9 Ibid. Cap. VI. Fig. 4. Q. ſub *.
10 Ibid. Fig. 3. a priori parte V verſus.
11 Ibid. Fig. 5. ab h ad f. & ſic in Fig. 3. & 6.
12 Ibid. Fig. 6.

94. Ossa spongiosa inferio-

RA [1] lamellae ſunt oblongae, una parte convexae, altera cavae, a priori parte latiores, ad poſteriora anguſtatae, majorem partem tenues, ab inferiori craſſiores, totae tenerae, ſcabrae, poroſae; quae utrimque pendentia ex emi-
a 84. nentiis oſſis [a] maxillaris ſuperioris [2] &
b 87. [b] palati [3] medioque inter dictas eminen-
c 81. tias imo oris ſinus [c] maxillaris margine [4], atque adeo ex latere cavi narium, in imas maxime cavas nares propendent [5], ad eosdem ac ſuperiora uſus; os ſimul ſinus maxillaris ab ea parte nonnihil minuentia [6].

1 Palfyn de oſſib. Tab. I. Fig. 2.
2 Euſtach. Tab. XLVII. Fig. 6. 39 ÷ 4 $\frac{1}{2}$.
3 Ibid. 42 ÷ 5.
4 Ibid. Fig. 7. 49 ÷ 5.
5 Ibid. Fig. 6. 40 ÷ 5.
6 Conf. Euſt. l. c. Fig. 6 cum 7.

95. VOMER [1], os latum, maximam partem tenue, utrimque planum, ex medio narium fundo ſubrectum, extremitate

1 Euſtach. Tab. XLVII. Fig. 3. 16 ÷ 6. add. cit. §. 73. 7.

ıte inferiore, longa, rectiore, tenui,
onnectitur [2] eminenti offium palati [a] & [a] 86.
ıaxillarium fuperiorum [b] commiffurae, [b] 78.
uae medium narium fundum a pofte-
ori parte ad priorem difcernit; inde
homboidis inftar retrorfum procedit
d offis multiformis bafin [c], prope hanc [c] 38.
raffefcit, & tandem extremitate [3] latio-
, oblonga, finuata, recipit [4] bafeos
ius proceffum [c], fic nares ex parte
partitur: a pofteriori parte feptum na-
um, quod offe multiformi & palato
ntinetur, folum faciens [5]; & ad fau-
s extremitate longa, recta, & fere te-
ıi finiens: a priori autem partem fe-
i tantum imam; ibique furfum ver-
s abeuns in lamellas duas, perquam
nues & quafi exefas, haud multum di-
ntes, quae a fuperiori parte nectun-
r [6] laminae [d] offis cribriformis mediae, [d] 44.
&

2 Euftach. l. c. a 20 ÷ 6. ad 13 $\frac{1}{2}$ ÷ 5.
3 Ibid. 19 ÷ 5.
4 Vefal. Lib. I. Cap. VI. Fig. 5. fub. z. Euftach.
b. XLVI. Fig. 11. 11 ÷ 62. & Fig. 13. 47 ÷ 66.
5 Vefal. l. c. ab x fere ad n.
6 Euftach. Tab. XLVII. Fig. 3. 16 ÷ 4 $\frac{1}{2}$.

& cum ea ſaepe in unum coeunt, al
inferiori[7] denique excipiunt ſeptum per
ficientem cartilaginem.

---

7 Ibid. 14 ÷ 5.

---

a 73. ad 96. b 45. 96. Haec [a] itaque oſſa, ſimiliter at
que calvae illa [b], partibus ſuis deſcripti
inter ſe & cum quibusdam calvariae oſ
c 73. a. ſium partibus [c] apta & firmiter connexa
ſpeciem oculorum cavis, naribus, ma
xillae ſuperiori, palato, & genis, con
ſtantem praeſtant.

97. Ac primo quidem utrimque ſub
jacent OCULORUM FORAMINA prio
ri calvariae parti; mediis naribus dis
juncta. Cava magna: quodvis cono
recumbenti, & a quatuor lateribus ob
lique ac inaequaliter depreſſo & quaſi
complanato, quodammodo ſimile; ca
a 17. 18. vo a vertice anguſto in priora amplia
b 33. to, & tota baſi foras patente; facto ab
35. oſſe frontis [a], multiformi [b], maxillari
c 82. 83. ſuperiori [c], palati [d], plano [e], unguis [f]
d 89. & jugali [g]; atque majorem quidem par
e 43. tem tenui & imbecillo; latere autem
f 92.
g 93. ex

externo, totaque fere ora finiente, craſ-
ſo & valido. Haec oculos recipiunt &
cuſtodiunt.

98. Ad ea autem a calvariae cavo di-
riguntur viae certae; ad unumquodque
tres; ſuperior [a], media [b], infimaque [c]. a 57.
99. Ab utroque etiam foras patet *ri-* b 58.
ma [1] longa, ſatis ampla, quae per ex- c 59.
teriorem fundi partem a poſterioribus
in priora, inter os palati [a] & maxillare a 89.
ſuperius [b] ab una parte & multiforme [c] b 82.
ab altera, ad os jugale [d] deſcendit; quae- c 35. d 93.
que membranas, vaſa, nervosque per-
transire finit. Tum *foramen ſuperci-
lii* [2], quod in extremo hujus [e] margine e 17.
eſt, haud longe a naſo, plerumque exi-
guum & oblongum; ſaepe interruptum [3];
interdum bina aut terna; frequenter qua-
ſi dimidum, & leviter impreſſi veſtigii
inſtar [4]; quandoque in uno deficiens

1 Veſal. Lib. I. Cap. XII. Fig. I. & 2. D.

2 Ibid. Fig. I. A ſiniſtrum. Euſtach. Tab. XLVI. Fig. 10. 53 ÷ 46.

3 Euſtach. l. c. Fig. I. 19 ÷ 10.

4 Veſal. l. c. A dextrum. Euſtach. l. c. Fig. I. 19 ÷ 10. Bidlo Tab. XCII. Fig. I.

latere; quod ad frontem ex oculi cavo tuto repere ſinit nervulos, vaſaque. Deinde *canalis* [5], qui in parte poſtica
f 82. & ſuperiori oſſis maxillaris ſuperioris [f] incipiens e regione foraminis calvariae
g 59. quarti [g], ſtatim ſub fundo oculi foraminis in priora deſcendit; primum dimidius & a ſuperiori parte patens, aut tenui oſſe tectus; deinde integer, deorſum magis incurvatus, & ſub oculi cavo ad genam apertus [6]; ad deducendam magnam rami quinti nervorum paris ſecundi partem, cum vaſculis.

Porro ad nares patet *canalis naſalis* [7], amplus, ab interno cantho extrorſum & nonnihil retrorſum deſcendens; a ſuperiori parte dimidiatus, factusque a ſinu oblongo & profundo, quem a priori parte tota impreſſum ha-
h 92. bet os [h] unguis [7], coeunte cum oſſis
i 83. maxillaris ſuperioris proceſſu [i] leviter ſinuato; ab inferiori autem integer, factusque primum ab oſſe maxillari & unguis,

5 Veſal. l. cit. A.
6 Ibid. B. Euſtach. l. c. 14 ÷ 15.
7 Ibid. A. C.

guis, deinde a ſolo maxillari, rectius nonnihil in poſteriora deſcendens; ore tandem magno & ovali [8] deorſum in poſteriora patens ad nares, ſub parte oſſis ſpongioſi inferioris [k] priore, deducensque ſaccum lacrymalem. k 94.

Ad calvariae denique cavum ducunt *foramina* [9] exigua, plerumque bina, ad mediam fere partem commiſſurae oſſis frontis [l] cum plano [m]; haec enim in cavum calvariae intromittunt nervulos vaſaque, mox nares petentia. l 17. m 43.

---

8 Palfyn de oſſ. Tab. 11. Fig. 2. b.
9 Veſal. l. c. ad T.

---

100. Sic & Nares ſubjectae priori parti calvariae ſunt, inter oculorum cava ab ea demiſſae. Cavum magnum; lacunar habens planius, oblongum, anguſtum (factum ab oſſe cribriformi [a], a 41.
& ei finitimis oſſibus frontis [b] & multi- b 18.
formi [c]); ab eo lateribus ſimiliter pla- c 32.
nioribus (factis ab oſſibus planis [d], & d 43.
unguis [e]) inter oculorum cava deſcen- e 92.
dens & nonnihil lateſcens; ſtatimque

sub iis in latera diductum & ampliter
cavatum, longiusque descendens (factum ab ossibus maxillaribus superiori-
f 78. bus [f] & palati [g]); donec utrimque ad
g 89. 87. interiora incurvetur in fundum [1] am-
h 78. plum (factum ab iisdem [h] ossibus), in
86. medio capacissimum, oblongum, a priori capitis parte supra dentes qui secant totumque palatum ad fauces pertinentem. Atque hoc cavum magno ad fauces foramine patet [2], sub ossis multifor-
i 32. mis basi [i], & inter parietes ab ea ad palatum demissos (factos a processibus
k 37. aliformibus [k] & ab ossibus palati [l]). A
l 88. parte autem eadem & priori & superiori *nasum* habet appositum; qui oculis interjectus eminet (factus a pro-
m 83. cessibus [m] ossium maxillarium superio-
n 91. rum, & ab ossiculis nasi [n]); & ex lateribus ab oculorum foraminibus utrimque leviter gibbus in priora exsurgens, in oblongum eminensque angustatur dorsum; simul & ab inferiori latissima

&

1 Palfyn de oss. Tab. 1. Fig. 1. W. X.
2 Vesal. Lib. 1. Cap. XII. Fig. 2. n. o.

& amplissima parte glabellam versus inter oculos coarctatus [3]: sub quo foramen magnum ad totas nares supra maxillam patet [4].

3 Ibid. ab e f. z versus.
4 Ibid. sub e f. supra b.

101. Hoc deinde cavum *septo* [1] medio latissimo discernitur; quod a medio toto osse cribriformi [a] & a multiformis a 41.
basi [b] demissum, pertingit ad medium b 38.
totum eminentemque narium fundum; posteriori parte sua foramen ejusdem istius cavi bifariam quoque dividens; sic & a superiori parte in priora ad os frontis [c] & ad ossicula nasi [d] procedens; c 17.
a priori autem perficiendum cartilagine. d 91.

1 Eustach. Tab. XLVII. Fig. 3. Conf. citat. §. 44. & §. 95.

102. Sic constructas nares majorem partem opplent in eas demissa, a superiori quidem parte ossa cavernosa [a] cum a 42.
spongiosis suis [a], ab inferiori autem ossa spongiosa inferiora [b]. b 94.

 103.

103. Et patent ad eas primum ſinus
a 19. ſex; duo *frontales* [a], a priori parte;
b 39. duo *ſphenoidales* [b], a poſteriori; duo
c 81. *maxillares* [c], a lateribus. Tum a ſu-
d 56. periori parte *foramina* [d] oſſis cribrifor-
mis. Deinde a parte poſtica & ſupe-
riori *foramina* [1] duo: quodvis factum
e 88. ab extremo oſſe palati [e] coëunte cum
89. f 39. multiformi, ſub hujus ſinu [f]; ſatis ma-
gnum; arteriam venamque & nervum
admittens: horum e regione in oſſe
multiformi, ſupra interiorem radicis
g 36. proceſſus aliformis [g] partem, utrimque
canalis incipit [2] ore magno & orbicula-
to; qui ſupra eundem proceſſum fere
recta in poſteriora procedens, & paul-
latim coarctatus, tandem ſupra eundem
iſtum proceſſum ad latus foraminis na-
rium,

---

1 *Extrinſecus*, Euſtach. Tab. XLVII. Fig. 1. $2\frac{1}{2} \div 4\frac{1}{2}$.

Intrinſecus, Ibid. Fig. 6. $43\frac{1}{2} \div 4\frac{1}{2}$. coll. cum Fig. 8. *ubi pars ejus maxima, tota quam os palati confert, exhibetur.*

2 Ibid. Tab. XLVI. Fig. 16. $28 \div 78$. & $31 \div 77\frac{1}{2}$. & Fig. 13. $47 \div 64$. & $49 \div 64$.

ium, quod ad fauces eſt, patet [3]; ad
eosdem uſus. Poſtremo *canalis naſalis* [h]; per quem ex oculis lacrymae af- h 99.
fluunt.

3 Ibid. Fig. 11. $8\frac{1}{2} \div 61\frac{1}{2}$. & $12\frac{1}{2} \div 61\frac{1}{2}$.
Veſal. Lib. 1. Cap. XII. Fig. 3. Y.

104 Quare nares aptiſſimae factae & n loco opportuniſſimo collocatae ſunt, d ſtabiliendam & latiſſime per tota ca- a ſua, totamque cavernularum, oſſi- ulorum, ſeptique ſuperficiem expli- andam ordinandamque membranam nuciparam; ad copioſum ab ea para- um mucum recipiendum, quodammo- o retinendum & ſervandum, ac pro e nata dimittendum; ad nervos & va- a admittenda & in ſe ducenda; ad aë- em, cum exſpirationibus quas conti- et & vehit, admittendum in receſſus avernasque ſuas omnes; ad eundem in is retinendum, remorandum, tandem- que ad fauces ducendum, atque ab iiſ- dem eodem iterum modo emittendum;

ad

ad lacrymas denique ex oculis recipiendas.

105. Sub naribus tandem eſt MAXILLA SUPERIOR, tota ab oſſibus maxil-
a 76. laribus ſuperioribus [a] facta; dentes exigens ſuperiores, immobilis, ſtabilis, ſu-
b 109. perimminens maxillae inferiori [b], eique ſurſum tractae reſiſtens. Et huic interjectum PALATUM; ab oſſibus maxilla-
c 77. ribus ſuperioribus [c] & palati [d] factum,
d 86. primum a dentibus prioribus in ſuperiora & poſteriora concavum, deinde planius, latius, & ad fauces verſus modice elatum, tandemque proceſſibus a-
e 36. liformibus [e] utrimque terminatum; quod prementi linguae reſiſtit, preſſaque ad fauces cedere cogit.

106. Ad palatum nervos vaſaque deducunt *canales duo*: quorum quisque,
a 87. factus ab oſſe palati [a] coëunte cum ma-
b 80. xillari ſuperiori [b], incipit in media poſtica iſtorum oſſium commiſſura, & in priora inter eadem iſta oſſa deſcendens patet [1] ad palatum, prope dentem mola-

1 Veſal. Lib. 1. Cap. XII. Fig. 2. q.

larem posticum. Ad hos deinde accedere solent *canales exiles*, ad palatum per ipsa palati ossa [c] non longe a praecedentibus perforata [2]. c 90.

A palato autem ad narium fundum *canales* pertinent itidem duo; qui statim pone dentes qui secant propter commissuram ossium maxillarium superiorum [d] incipiunt [3], sursum retrorsumque procedunt, & patent [4] ad narium fundum ab utroque eminentis commissurae latere; hi membranam qua palatum vestitur cum ea qua nares obducuntur conjungi sinunt, portione media cum vasculis permeante. d 77.

2 Ibid. χ. Eustach. Tab. XLI. Fig. 13. 46 ÷ 67 1/2.
3 Vesal. l. cit. p.
4 Palfyn de oss. Tab. I. Fig. I. *ubi aciculâ* u *indicatur*.

107. Atque haec eadem ossa [a] eminentiis quoque, qua alia alia contingunt, exiguis, variis, sed fere simplicioribus compinguntur. Igitur commissuras instar suturarum [b] calvariae habent; plerasque tamen exiles, & simplicem fere os- a 96. a. c. b 45.

ossium contactum extrinsecus mentientes. Ad has accedunt suturae, quae ossium maxillarium superiorum propriae sunt: praecipue *una* [1] ex transverso palatum secans; ab uno canino dente ad
c 106. 3. alterum pone foramen palati [c] pertinens; & supra quoque, fere a media
d 84. ossis hujus eminentia [d] quae os spongiosum inferius sustinet, per narium fundum ex transverso pone idem foramen [c] procedens ad alterum latus: *altera* per oculi foraminis fundum a posterioribus in priora incedens [2] supra canalem de-
e 99. 5. scriptum [e], modo longa modo brevior, circum oram ejusdem cavi non longe ab osse jugali inflexa, & ad ejusdem istius canalis aperturam pertingens [3].

1 Vesal. Lib. 1. Cap. IX. Fig. 2. α. α. Eustach. Tab. XLI. Fig. 13. 44 ÷ 63.
2 Eustach. Tab. XLVI. Fig. 1. 13 $\frac{1}{2}$ ÷ 14.
3 Ibid. 14 $\frac{1}{2}$ ÷ 15. Vesal. l. c. Fig. 1. i.

108. Maxilla inferior [1] os est ma-

1 Vesal. Lib. 1. Cap. X. Fig. 1. & 2. Eustach. Tab. XLVII. Fig. 5.

magnum & validum, in quo infixi sunt dentes inferiores omnes, quod ad superiorem maxillam huc atque illuc facile movetur, quodque se ei scite adaptat.

109. Itaque pars hujus prior [1], incurva, magna, crassa, lata, dura, sursum versus migrat in marginem simillimum maxillae superiori [a]; qui praeterquam quod gingivam faciat, fossulis itidem similibus sexdecim, sed deorsum tendentibus, & aliis in unum aliis in duos caecos fines abeuntibus, radices dentium inferiorum continet & firmat. a 76.

1 Vesal. Lib. 1. Cap. x. Fig. 1. ante C. E. & Fig. 2. ante D. Eustach. Tab. XLVII. Fig. 5. ante 27 $\frac{1}{2}$ ÷ 9. & 29 ÷ 5 $\frac{1}{2}$.

110. Ab extrema hac parte utrimque procedit [1] pone maxillam superiorem oblique aures versus, donec ad calvariae ba-

1 Eustach. Tab. XLVII. Fig. 5. 26 ÷ 9. & 28 ÷ 4. Vesal. Lib. 1. Cap. x. Fig. 1. & 2. pone dentes.

basin pertingens, ad eam cum stabilitate moveri queat. Itaque prope calvariam utrimque ex gracili collo [2] paullatim crassescit, tandemque abit in capitulum [3] satis magnum, oblongum, ex transverso & nonnihil oblique, ab exterioribus ad interiora & posteriora, positum, totum in priora recurvatum, in medio modice eminens, ad latera depressius, & cartilagine leviter crusta-
a 2. tum [a]. Atque haec duo capitula in eos
b 30. sinus [b], qui juxta foramina aurium sunt, recipiuntur, interposita lamella cartila-
c 2. ginea mobili [c]: jamque modo ad priorem fundi illorum ipsorum sinuum par-
d 30. tem & ad tubercula [d], quae ante sinus eminent, moventur; modo ad posteriora tuberculorum paullatim deorsum vertuntur; quandoque & ex sinibus protracta subter tubercula delabuntur; aut quo tempore alterum capitulum se in sinu ad tuberculum quasi circa axin suam quodammodo vertit, eodem alterum ex sinu suo

2 Vesal. l. cit. B.
3 Ibid. A.

suo excidens sub tuberculo in priora simul & in oppositum latus fertur, exiguum suo cursu arcum quasi decircinans. Ex quo facilis & stabilis certaque maxillae mobilitas est, singulari artificio; ante & pone, deorsum & sursum, & ad dextram & ad laevam, & in obliquum, & quodammodo in orbem, pluribus modis.

Simul & hae ad calvariam procedentes maxillae partes, fere usque capitula, latae, utrimque planiores, tenuiores, solidiores, & quasi compressae, musculos excipiunt maxillam moventes validissimos, masseteres & pterygoideos; ab his figuratae, & modo asperatae [4], modo depressae: sic & a priori parte excrescunt, migrantque in processus [5] ex lata radice in fastigium exacutos, ad exteriora modice inclinantes, totos tenues & solidos, quibus sub jugis [e] subeuntibus temporalium musculorum tendines circumadnascuntur. e 93.

III.

4 Ibid. D. E.
5 Ibid. C. Eustach. l. c. 26 $\frac{1}{2}$ ÷ 5. & 30 ÷ 2.

111. Caeterum tota maxilla a lateribus planior, & in priora leviter deorsum procedens ac angustata, genarum partem facit. Deducta ab his sub dentium priorum radicibus modice priora & inferiora versus in acumen extremum nonnihil in priora prominens gibbumque, mentum fit; cujus parti eidem & imae & mediae affiguntur biventres maxillae musculi. A postica autem parte resima, & fauces versus diducta, fundo oris & faucibus locum parat: linguam cum osse yöide, & quodammodo laryngem, horumque nervos, vasa, glandulas, musculos, admittit: fundamentum denique stabile est, a quo oriantur linguae musculi genioglossi, ossis yöidis geniöyoidei & myloyöidei, & fibrae quae per exteriora membranae oris & pharyngis decurrunt; idcirco etiam eminentias oblongas, tubercula[1], fossulasque nacta.

---

1 Vesal. Lib. 1. Cap. x. Fig. 2. H.

---

a 110. 112. In medio partis lateralis [a] *canalis*

is utrimque intrinſecus incipit ore magno[1], per os in priora deſcendens, & porro ſub dentium radices ad mentum procedens; qui nervum & vaſa intromittit, ac ſubter dentes deducit: hic vero ad exteriora ſub dentibus molaribus primis patens[2], eorundem ramulos emittit.

1 Veſal. Lib. I. Cap. X. Fig. 2. F. Euſtach. Tab. LVII. Fig. 5. 28 ÷ 5.
2 Veſal. l. c. Fig. 1. G. Euſtach. l. c. 31 ÷ 9 $\frac{1}{2}$.

113. Tali igitur artificio natura totam conſtructionem capitis oſſei fabricata eſt, ut nec ad uſum melior, nec ad ſpeciem pulchrior eſſe potuerit. Hujus pars tota ſuperior & maxima conceptaculum cerebri eſt: hoc a parte poſteriori capaciſſimum, extrinſecus ſummum *verticem* habet fere globoſum; ab averſa parte planius, *occiput* eſt; ſubtus quoque planius, ſed latum, eaque parte inſiſtens collo: projectum ad priora in *ſynciput* depreſſius; *temporibus* depreſſioribus utrimque terminatum & an-

angustatum ; a priori parte *fronte* finiens angustiore, planiore, & utrimque leviter protuberante; quae inferiora versus abit in eminentia utrimque *supercilia*, hisque interjectam *glabellam*. Sub his *oculorum* duo magna *cava* sunt, quibus cedit calva & mala, quae & prae temporibus eminent. His interjectae *nares*, a calvaria demissae, sub oculorum cavis latescunt; ante & retro patent: eis additus *nasus* inter oculos in priora eminet. Subter nares *palatum* est, & *maxilla superior*. Ad hanc deinde admovetur *inferior*. Maxillae parte capitis superiore multo graciliores, breves & gibbae, in os vergunt: hae tandem in *mentum* abeunt, acumen faciei, extremum, gibbum & modice prominulum. A lateribus primum sub oculis insigniter eminent *malae;* mox depressae, latae & planiores, gracilescendo deducuntur deorsum & nonnihil in priora. Pone oculorum foramina sunt *tempora* cava. Post genas *aurium foramina*, quae ad auditus instrumenta intra calvariae cavum eminentia du-

ducunt. Maxillae ad posteriora diductae patescunt. Totumque hoc caput, cum cerebrum, oculos, nares, aures, os, linguam, mordendi & mandendi instrumenta una opportunissime contineat, merito etiam & quam aptissime in summo collocatum est, atque huc & illuc pluribus modis facillime movetur.

114. Simul etiam hic deprimi & sinuari, illic asperari & protrahi admodum varie debuit, ut partibus tam multis tamque variis & diversis locum dare ac stabilitatem praestare posset: praesertim ut originem commodam insertionemque praeberet musculis admodum multis, qui caput ipsum, scapulas, supercilia, oculos, nares, buccas, labia, aures, maxillam inferiorem, os yöides, linguam, palatum mobile, uvulam, pharyngem movent; a nonnullis horum multis quoque figuratum modis.

II. DE TRUNCO SCELETI.

115. TRUNCUS SCELETI pars hujus maxima & post caput praecipua est, constatque ex *Spina*, *Thorace*, & ex *Pelvi*.

116. SPINAM [1], columnam per totum truncum & collum ad caput usque erectam [2], ossa componunt viginti & novem: nempe *Os sacrum* [3]; hujus appendix *Coccyx* [4], ex quatuor ossiculis constans; & *Vertebrae* quatuor & viginti [5], quarum quinque *Lumborum* [6] sunt, duodecim *Dorsi* [7], *Colli* septem [8].

1 Vesal. Lib. I. Cap. XIV.
2 Ibid. in Tabulis totius libri ultimis tribus.
3 Ibid. Cap. XIV. à 25 ad 30.
4 Ibid. à 31 ad 34.
5 Ibid. ab 1. ad 24.
6 Ibid. à 20. ad 24.
7 Ibid. ab 8. ad 20.
8 Ibid. ab 1. ad 7.

117. Quae etsi specie & magnitudine inter se differant, in universum tamen

men *corpus* [1] habent orbiculatim quasi vertebratum, magnum, latum, crassum, breve, a priori parte & a lateribus gibbum & prominulum, a posteriori parte planius & fere sinuatum, a superiori & ab inferiori planius. Deinde ab utroque hujus latere, a parte horum posteriori & superiori, processus [2] exit crassus & validus, retrorsum & nonnihil in latus procedens: qui sursum deorsumque *processus* exigit *obliquos*, hunc *descendentem* [3] in posteriora declivem, illum *adscendentem* [4] & in priora acclivem: in latera *transversum* [5]: tumque ad se invicem posteriora & inferiora versus aliquantisper producti & fere incurvati, latescentes & quasi confluentes, abeunt in arcum [6], scu-

Exempla ex vertebra dorsi simpliciore peti possunt: nempe

1 Vesal. Lib. 1. Cap. xvi. Fig. 1 & 2. A.
2 Ibid. Fig. 1. pone B.
3 Ibid. Fig. 1. c. Fig. 2. a. b.
4 Ibid. Fig. 1. V. T. Fig. 2. X. Y.
5 Ibid. Fig. 1 & 2. I. H.
6 Ibid. Fig. 2. inter X. Y. a. b.

ſcutulo ſimilem, latum, a corpore vertebrae remotum; ſicque *foramen*[7], quo oſſa media perforata ſunt, cum corpore iſto parant: hic denique arcus a parte poſtica media in *ſpinam*[8] migrat. Nonnulla autem ab hac fabrica quaſi degenerant; quaedam etiam imperfectiora ſunt; ut in unoquoque loco neceſſarium eſt.

7 Ibid. inter A. X. Y.
8 Ibid. N.

118. Os SACRUM[1], fundamentum quo ſpina nititur, latum, conſtans ex vertebris degenerantibus quinque, aliis aliis adnatis, & omnibus quaſi in ſe mutuo fuſis, parte corporis ſui primi ſumma[2], lata, plana, quodammodo ovali, proximae lumborum vertebrae corpus atque adeo totam reliquam ad caput erectam ſpinam fulcit[3].

1 Veſal. Lib. 1. Cap. XVIII. Fig. 1 & 2.
2 Ibid. Fig. 1. ſupra A.
3 Conf. citat. §. 116. 1 & 2.

119. Hoc ipſum deinde oſſa ileum ful-

fulciunt & ftabiliunt [1]. Namque pars hujus tota fuperior, primum latiffima & craffiffima, inde deorfum verfus paullatim gracilefcens & quafi cuneata [2], in offibus iftis inferitur [1] & plane defigitur; atque iis etiam latere [3] utroque, longo & lato, in priora inprimis producto, planiore, inaequabili afperoque, prorfus coagmentatur.

1 Vefal. Lib. 1. Fig. ult. 1 & 3.
2 Vid. citat. §. 118. 1.
3 Vefal. l. c. Cap. XVIII. Fig. 2. N. N. Euftach. Tab. XLVII. Fig. 11. 33 ÷ 76.

120. Huic bafi [a] innitentes *Vertebrae*, aliae aliis *corporibus* fuis fuperimponuntur [1]; omnibus tamen, ad vertebram à fumma alteram usque, mediis lamellis quibusdam craffis, flexibilibus & elafticis, difcretis [2] ac inter fe nexis & conglutinatis. Itaque prima fpinae pars oritur; columna quafi geniculata, erecta, procera, & cum ftabilitate flexilis. a 118.

121.

1 Vefal. Lib. 1. Cap. XIV. a 24. ad 1.
2 Ibid. inter numeros.

121. Ex his *corpora vertebrarum lumborum* maxima ſunt: ab oſſe ſacro tamen vertebras thoracis verſus paullatim gracileſcunt [1]. Omnia a parte ſuperiori & etiam ab inferiori admodum lata & plana [2]; media parte graciliora; & a priori tota planiora [3]; lamellis craſſiſſimis, inter os ſacrum & huic proximam vertebram atque inter duas quasque ſubſequentes interpoſitis, ſatis disjuncta [4]: ac proinde plane apta & idonea quae ſuperimpoſita ſuſtineant, nec tamen impediant ne lumbos huc atque illuc flectere & torquere poſſimus.

1 Veſal. Lib. I. Cap. XIV. a 24 ad 20. L.
2 Ibid. Cap. XVII. Fig. I & 2. inter A. A.
3 Ibid.
4 Ibid. Cap. XIV. inter numeros a 25 ad 20.

122. *Corpora* deinde *vertebrarum dorſi* omnium a ſuperiori & ab inferiori parte ſimiliter lata & plana ſunt [1], praeter ſuperiorem ſummae partem. Pariterque a lumborum vertebris continua ſerie

rie

1 Veſal. Lib. I. Cap. XVI. Fig. I. 2. 3. 4. A.

ie ſurſum ad decimam usque gracile-
ſcunt, & ſingula breviora fiunt[2]; me-
dia quoque parte nonnihil graciliora;
ſed a lateribus depreſſa, & in priora pro-
minula; habentque interpoſitas lamel-
las tenuiores, & cum vertebris ſuis te-
nuatas[3]. Ex quo dorſum erectum &
flexile eſt, ſed ea parte ſtabilius & ri-
gidius.

Inde reliquarum corpora[4] collum
verſus paullatim lateſcunt; a priori par-
te planiora, nec prominula; per inter-
poſitas lamellas[5] paullo craſſiores laxius
connexa; atque ſenſim ad ſpeciem &
laxiorem mobilitatem vertebrarum col-
li propius accedentia.

2 Ibid. Cap. XIV. a 20 ad 11. L.
3 Ibid. inter numeros.
4 Ibid. ab 11. ad 8. L.
5 Ibid. inter numeros.

123. *Corpora* denique *vertebrarum colli*[1] a dorſi vertebris continua ſerie ſurſum ad quintam gracileſcunt: ſed inde

1 Veſal. Lib. I. Cap. XIV. a 7 ad 1.

de caput verſus paullatim inſigniterque latescunt. *Summae* autem *dorſi vertebrae & colli inferiorum quinque* partes ſuperiores [2] non admodum latae ſunt: omnes in priora declives & ex transverſo profunde ſinuatae; medio tamen fundo planiores[3]. Sic & partes imas [4] *colli inferiores ſex* non admodum latas habent, atque ex transverſo gibbas, & in medio planiores; ad haec a poſteriori parte in priorem modice ſinuatas & declives. Adde quod haec omnia prope dorſum levia ſint; inde vero caput verſus magis magisque inſignia fiant. Ex quo ſuperior quaeque earum inferiorem quamque quodammodo ingreditur [5]; eamque ipſam ob cauſſam, & quod lamellis craſſioribus disjunguntur, ad laxiorem motum accommodatae ſunt.

2 *Exempla praebet* Veſal. l. c. Cap. xv. Fig. 8. inter 1 & 25. & Fig. 9. κ. η. θ.
3 Ibid. η.
4 Ibid. Fig. 7. ſub ε.
5 Ibid. Fig. 10. vide binas inferiores.

124. At vero corpus vertebrae, quae *al-*

altera a summa est, sursum versus in latus utrumque praecipue atque insigniter latescit[1], ut summam [a] vertebram verticibus suis utrimque sustinere posset: & ut laxam eidem mobilitatem simul praestaret, peropportune a superiori parte, qua summam sustinet, abit in tubercula duo[2], quorum unum in dextris est, alterum in sinistris; utrumque satis latum, leviter eminens & propemodum planum, oblique positum, id est, a media axi declive ad latus recedens[3], a parte priori ad posteriorem gibbum, totum prope orbiculatum, praeterquam quod in posteriora, supra processum qui a latere corporis retrorsum procedit, nonnihil producatur[4], totum quoque laevi cartilagine crustatum. a 125.

Sed medio inter haec tubercula loco excrescit in altum, totumque migrat in processum[5] axi prorsus similem, crassum

1 Vesal. Lib. 1. Cap. xv. Fig. 5.
2 Ibid. c. & d. e. f. & Fig. 6.
3 Ibid. à d. ad e.
4 Ibid. f.
5 Ibid. à k, l, ad n.

ſum validumque, procerum, rectum,
b 125. med. & fere teretem, qui intra ſummam [b] vertebram recta erigitur [6], donec ſupra ejusdem iſtius vertebrae eandem & priorem & mediam partem nonnihil emineat. Haec porro axis a priori parte teres eſt, & non longe a cacumine ſuo ſuperficiem [7] habet gibbam, fere ovatam, laevem, laevique cartilagine cruſtatam, ad quam deinde vertebrae ſummae pars interior ſinuata [b] admovetur verſaturque. A poſteriori autem parte gracilior in medio eſt, & quaſi trochleae orbitae ſimilis [8]; eâque parte ligamentum admittit & retinet, quod a ſumma vertebra pone hanc axem ex transverſo procedit, & circum eandem vertitur. Surſum denique in cacumen [9] acutius & aſperiuſculum faſtigiatur, quod ligamenta, quibus ad caput alligatur, valida educit.

125.

6 Ibid. Fig. 10. & 11..
7 Ibid. Fig. 5. g.
8 Ibid. Fig. 6. i.
9 Ibid. Fig. 5. & 6. n.

125. Similiter quoque corpus vertebrae *ſummae* admodum latum eſt [1]; atque ab inferiori parte in duos ſinus [2] abit, magno disjunctos intervallo; utrumque etiam leviſſimum, ſatis latum, oblique poſitum, ſimiliterque in latera declivem [3], & quaſi orbiculatum, cruſtatumque laevi cartilagine. Atque his ſolis ſuper tubercula [a] ſubjectae verte- a 124. init.
brae nititur [4] non modo tota haec vertebra, ſed etiam laxe movetur.

Medio autem inter ſinus iſtos loco prope totum exſectum eſt [5], a priori tantum parte exigua portione [6] remanente, quae ab una quaſi corporis parte ad alteram procedit, tota arcuata, tenuis, ſolida tamen validaque: itaque ſpatium parat in quod ſubjectae vertebrae

---

1 Veſal. Lib. 1. Cap. xv. Fig. 2. ad latus M utrumque.

2 Ibid. Fig. 4. Y. & a. b.

3 Ibid. ab a. ad b.

4 Ibid. Fig. 10.

5 Ibid. Fig. 4. inter Y. & a. b.

6 *Extrinſecus*, Ibid. Fig. 2. ad latus M utrumque. *Intrinſecus*, Ibid. Fig. 4. ab Y. per L. ad a. b.

b 124. fin. brae axis [b] ſurrigitur[7]. Ad hujus deinde axis priorem partem admovetur tota arcus iſtius pars eadem & interior & media, eam ipſam ob cauſſam leviter & quodammodo orbiculatim ſinuata[8], aequabilis, laevique cartilagine cruſtata. Ut autem ad axem illam applicata ſemper retineretur, ſive quieſcens, ſive mota, natura a tuberculis[9] oblongis, quae ex utroque exſecti corporis latere interno, axem reſpiciente, non longe ab arcu illo eminent, ligamentum craſſum & validum ex transverſo deduxit pone axem[10], quod eam arctiſſime adſtringit, nec ullam in partem vacillare ſinit. Ex
c 124. fin. quibus vertebra ſumma circum axem [c]
d 124 init. ſubjectae, & ſupra ejusdem tubercula [d], laxe & cum ſtabilitate verti poteſt & ad dextram & ad laevam, atque etiam in priora & in poſteriora deorſum nonnihil inclinari.

In ſummo denique vertice, ſupra de-


7 Vid. citat. §. 124. 6.
8 Veſal. l. c. Fig. 3. & 4. L.
9 Ibid. Fig. 3. & 9. o. o.
10 Ibid. in textu, K.

leſcriptos ſinus, altius utrimque ſinua-
um eſt [11]. Ac ſinus illi ſimiles tube-
um [e] oſſis occipitis ſunt, & magni- e 23.
udine, & figura, & poſitura, ſimili-
er quoque cartilagine tenui cruſtati:
taque plane apti ad recipienda eadem
ſta tubera, atque adeo ad totum ca-
put ſuſtinendum: cui praeterea ex his
rticulis mobilitas laxa & certa eſt; prae-
ertim nutatio in priora, & in poſte-
iora; hoc etiam oſſium contextu quo-
dammodo cedente, quo tempore caput
vel ad latus inclinamus, vel circumagi-
mus.

11 Ibid. Fig. 2. & 3. N. & O. P. Q. R.

126. *Proceſſus* vertebrae cujusvis *o-bliqui adſcendentes* cum *deſcendenti-bus* ſuperimpoſitae committuntur; o-mnes qua parte alii alios tangunt carti-lagine laevi cruſtati, & ligamentis un-dique conſtricti. Sic fiunt laxae verte-brarum commiſſurae, in utroque latere una, modice pone corpora: hae autem ſpinam magis ſtabiliunt, nec tamen cer-

N 3 tae



tae & necessariae mobilitati ejus obstant.

127. Et primo quidem *obliqui adscendentes summi sacri ossis*[1] & *vertebrarum lumborum*[2] *omnium* qua se mutuo spectant lati sunt[3], & ad posteriora versus diducti[4]; iisque partibus totis satis profunde sinuati[5], tubercula[6] admittunt, insignia illa, oblonga, gibba, aequabilia, quae in lateribus exterioribus *obliquorum descendentium vertebrarum lumborum*[7] *omnium* & *proximae dorsi*[8] sunt. Sic fiunt sex utrimque articuli, magni & firmi; qui stabiliunt lumbos, simulque permittunt, ut eos quoquoversus cum firmitate flectere, & quodammodo vertere queamus.

1 Vesal. Lib. I. Cap. XVIII. Fig. 1. & 2. S.
2 Ibid. Cap. XVII. Fig. 1. 2. & 3. I. & M. K. L.
3 Ibid. Fig. 2. M. K. L.
4 Ibid. Fig. 1. & 3.
5 Ibid. Fig. 2. & 3. K.
6 Ibid. Fig. 2. & 4. O. & Cap. XVI. Fig. 4. h.
7 Ibid. Fig. 3. N.
8 Ibid. Cap. XVI. Fig. 4. g.

128. Sed *processus obliqui adscendentes vertebrarum dorsi*[1] *omnium & colli*[2] *inferiorum quinque*, atque *descendentes dorsi*[3] *superiorum undecim & colli*[4] *inferiorum sex*, praecedentibus[a] multo minores sunt; hi in posteriora modice declives, illi in priora acclives: descendentesque posteriori adscendentium parti extrinsecus insident[5]; utrique, qua parte[6] alii ad alios admoventur, propemodum plani, quasi ovati, & aequabiles. In universum tamen *adscendentes* a posteriori parte levissime protuberant, superficie quodammodo gibba[7]; eâque recipiuntur per sinum[8] levissimum, similiter figuratum positumque, a 127.

1 Vesal. Lib. 1. Cap. xvi. Fig. 1. T. V. Fig. 2 & 3. X. Y. Fig. 4. e. f.
2 Ibid. Cap. xv. Fig. 8. 3. 4. & Fig. 9. δ.
3 Ibid. Cap. xvi. Fig. 1. c. Fig. 2 & 3. a. b. Fig. 4. g. h.
4 Ibid. Cap. xv. Fig. 7. β. Fig. 8. 5. 6. Fig. 9. γ.
5 Ibid. Fig. 11. β. δ.
6 Ibid. Cap. xvi. Fig. 1. c. Fig. 2 & 3. X. Y. Fig. 4. e. f. & Cap. xv. Fig. 7. β. Fig. 8. 3. 4. Fig. 9. δ.
7 Ibid. Cap. xvi. Fig. 2 & 3. X. Y. Fig. 4. e. f. & Cap. xv. Fig. 8. 3. 4. Fig. 9. δ.
8 Ibid. Cap. xvi. Fig. 1. c. & Cap. xv. Fig. 7. β.

que, qui in priori parte tota *deſcendentium* eſt. Itaque ergo articuli continua praecedentibus ſerie utrimque ſeptemdecim minores oriuntur: omnes quidem oblique poſiti, id eſt, in priora quaſi acclives, vel declives in poſteriora; ſed in dorſo rectiores; in collo autem admodum obliqui, eoque magis, quo quilibet ſitu ſuperiores ſunt. Hi dorſum & collum pariter ſtabiliunt, ſimulque utrumque ad priora & ad poſteriora flecti, & ad latera inprimis recte inclinari & incurvari, atque etiam in alterutrum latus oblique, & quaſi quodammodo ſpirae modo, torqueri poſſe ſinunt: dorſum modice tantum, collum vero laxiſſime omnium.

Vertebrae autem binae ſummae, qua inter ſe & cum capite committuntur, ob laxiorem & plane ſingularem mobi-
[b] 124. litatem, articulos quoque ſingulares [b],
125. nullos autem proceſſus obliquos atque adeo nullos etiam articulos poſteriores habent.

129. Dextri porro duarum quarum-
[a] 127. 128. vis vertebrarum articuli illi [a] poſterio-

res

es a ſiniſtris ſatis longo intervallo dis-
unguntur : non eodem tamen omnes.
Ac *lumborum* quidem majores ſex [b] per- b 127.
ongo ad os ſacrum : inde per lumbos
isque ad dorſi primos paullatim brevio-
i. Dorſi autem & colli ſeptendecim
ninorum [c] primi fere aequaliter diſtant, c 128.
ut ad nonam dorſi vertebram plerum-
que magis magisque ad ſe invicem ap-
propinquant. Inde ſequentes per re-
iquum dorſum & colli initium, usque
d ſecundam a dorſo colli vertebram, a
e invicem magis magisque diſcedunt;
lonec fere admodum multum inter ſe
iſtent tertii & decimi. Qui ſuperſunt
enique quatuor ſurſum verſus paulla-
im plerumque breviori intervallo dis-
uncti ſunt.

130. *Proceſſus* vertebrarum *ſpinoſi*
n plerisque multum diſpares ſunt [1].
Omnes in poſteriorem partem produ-
cti, & alii aliis vel recte ſuperimminen-
es, vel quaſi incumbentes [2]. Plerique
omnes

1 Veſal. Lib. 1. Cap. XIV.
2 Ibid. & Euſtach. Tab. XLVII. Fig. 11.

omnes etiam a media ſuperiori parte per longitudinem eminentes & acuti [3]; ab inferiori latiores, & in medio pariter per longitudinem eminentes acutique, ad latera depreſſiores, leviter ſinuati, & aſperiuſculi [4], praeſertim ad radicem ſuam. Iisque partibus pertinaciter adhaerent ligamenta robuſta, quae inter duas quasque ſpinas intercedunt, valideque alias ad alias adductas retinent. Totam vero hi proceſſus ſpinam ſtabiliunt, vertebras a poſteriori parte conſtrictas tenentes; ſimulque ſedem muſculis plurimis praeſtant.

3 Veſal. l. c. Cap. XVII. Fig. 1. 2. & 3. C. & Cap. XVI. Fig. 4. S. Fig. 3. R. Fig. 2. N. & Cap. XV. Fig. 8. 11. & Fig. 9. t.
4 Ibid. Cap. XVII. Fig. 2. D. E. & Cap. XVI. Fig. 1. Q. & Cap. XV. Fig. 7. f.

131. Atque in *lumborum vertebris* [1] fere recta in poſteriora vergunt, modice declives, nec admodum longi, ſed lati,

1 Veſal. Lib. 1. Cap. XIV. P vertebrarum 24, 23, 22, 21 & 20 collat cum Cap. XVII. Fig. 2. C. F. G. E. & Euſtach. Tab. XLVII. Fig. 11.

ati, ſatis craſſi, ab utroque latere plani, a ſuperiori parte tenuiores & quaſi acuti ac aſperiuſculi [2], ab inferiori craſſiores [3], a poſteriori [4] denique retuſi: in mediis tribus maximi: toti validi, ſatisque disjuncti. Quare lumbos ſtabiliunt, neque tamen eorum & patulum in poſteriora curvamen & mobilitatem impediunt.

2 Veſal. l. c. Cap. XVII. Fig. 3. C.
3 Ibid. & Fig. 2. E. D.
4 Ibid. Fig. 2. & 3. F. G.

132. Ab his autem in proximis *dorſi vertebris* paullatim degenerant. *Imae* [1] enim hujus lumborum ſimilis eſt; ſed nonnihil brevior, gracilior, magis declivis, magisque in mucronem quaſi tenuatus. In *ſecunda* [2] a lumbis paullo longior, magis adhuc declivis, & in mucronem magis etiam coarctatus. Haec omnia inſigniora habet *tertia* [3]. Sicque

1 Veſal. Lib. I. Cap. XIV. P vertebrae 19.
2 Ibid. P 18.
3 Ibid. P 17.

que praeterquam quod mobilitatem pariter concedant, praeterea se ad amplam dorsi in priora curvationem paulliatim accommodant [4]. *Mediarum* [5] dorsi vertebrarum longissimi sunt, & admodum declives: omnes ex amplis in mucronem acutiorem extenuati, inter seque imbricati, & vinculis arcte constricti; eamque ob caussam magnam stabilitatem dant huic dorsi parti, ut quoquoversum nonnihil obsequatur magis, quam flectatur; simulque ex hac dorsi [5] curvatura nimium in posteriora non eminent.

In *superioribus* dorsi *tribus* [6], *quatuorve*, proximarum dorsi similes quidem sunt; sed a lateribus toti usque in posteriora latiores, nec ita in mucronem tenuati; paullatimque & modice superiores quique breviores fiunt; paullatim quoque per dorsi in priora collum versus curvaturam [6] minus declives, & a se in-

---

4 Vid. citat. §. huj. 1. 2. 3.
5 Ibid. P 16 ad 11.
6 Ibid. P 10. 9. 8.
Conf. Eustach. Tab. XLVII. Fig. 11.

invicem magis diducti, mobilitatem paullo laxiorem concedunt.

133. Ab his quoque in imis *colli* paullatim degenerant. *Primae* [1] brevior est, gracilior, in mucronem magis migrans, rectior, & a subjecto dorsi longius diductus. *Secundae* [2] multo brevior, gracilior, in mucronem graciliorem & saepe bifurcum extenuatus, iterumque rectior. Quare ad laxiorem mobilitatem paullatim accommodantur. *Sequentibus* colli *tribus* [3] brevissimi dati sunt, lati tamen, deorsum modice inclinati, a superiore parte gibbi, ab inferiore cavi, utrobique asperiusculi, ab utroque latere leviter depressi, & extremis suis bifurci: omnes sursum, ad vertebram sextam usque, cum vertebris imminuti. At in *sexta* [4] multo crassior est, longior, & insignior. Quapro-

1 Vesal. Lib. I. Cap. XIV. P vertebrae 7.
2 Ibid. P 6.
3 Ibid. P 5. 4. 3.
4 Ibid. P 2.
Conf. Eustach. Tab. XLVII. Fig. II.

propter quanquam ligamentis constricti collum stabiliant, omnimodae tamen & laxae mobilitati non obstant; neque etiam accumbentes musculos impediunt.

134. Praeterea omnes hi processus toti aptati sunt ad locandos & stabiliendos musculos, praesertim numerosos illos, quibus lumbi, dorsum, & collum a posteriori parte constrata sunt, quique totam hanc spinam cum capite ab ea parte regunt; nempe Sacros, Transversarios dorsi & colli, Dorsi longissimos, Semispinales, Spinales colli, Interspinales; Splenios, horumque partes inferiores, Rectos & Obliquos capitis majores. Deinde & costarum nonnullos, scapularumque, & humerorum; Serratos posticos superiores & inferiores; Rhomboideos, Cucullares; Latissimos dorsi.

135. In *summa* denique *vertebra* vix tantillum, & levissimi tantum asperique tuberculi instar eminet [1], ut capiti

1 Vesal. Lib. 1. Cap. XIV. P vertebrae 1. & Cap. XV. Fig. 3. 4. & 9. X.

piti ad posteriora inclinando cedat, musculos capitis non impediat, educatque Rectos capitis minores.

136 *Processus transversi* [1] *vertebrarum lumborum* omnium longi, satis tenues, & ab utroque latere plani sunt: ad haec nonnihil retrorsum recta procedunt. Omnes e lateribus harum vertebrarum praecipue eminent, ut in iis inserti musculi Quadrati lumborum & Intertransversales lumbos majori vi & rectos tenere, & ad latus flectere queant: deinde ut locum originemque praestent musculis Sacrolumbalibus, Lumbalibus magnis, & Transversis abdominis. Ne tamen inclinato ad latus corpore imi in ossa ileûm, similiterque alii in alios, & summi in costas incurrant, satis disjuncti, imique & summi breviores sunt, atque imi insuper sursum versus modice tendunt.

1 Vesal. Lib. 1. Cap. xiv. M vertebrarum 24. 23. 22. 21. 20. & Cap. xvii. Fig. 1. 2. & 3. H.

137. *Vertebrae* autem *dorsi processus*

ſus transverſos [1] craſſiores & validiores habent; ſurſumque & retrorſum tendentes, eo fere magis, quo quilibet ſitu ſuperiores ſunt. *Prima* quidem breviſſimos, & inſtar tuberculorum [2], atque ſurſum introrſumque pone articulos obliquos minores primos nonnihil reflexos exacutosque. *Secunda* paullo quam prima longiores & craſſiores [3]. *Decem* vero *ſuperiores* longiſſimos [4], craſſiſſimos, quaſi teretes, a priori tamen parte & ab averſa planiores, ac prope inter ſe aequales, niſi quod in tribus ſummis paullatim longiores fiant; aptiſſimos ad coſtas ſuperiores decem, vel novem, ſuſtinendas; quarum capitula poſteriora recipiuntur per ſinus laevi cruſtatos cartilagine, qui a priori parte horum proceſſuum, ad ipſos eorum apices, ſunt [5]; ſuperiores quidem ampli

1 Veſal. Lib. 1. Cap. XIV. M vertebrarum 19. ad 7. coll. cum Euſtach. Tab. XLVII. Fig. II.

2 Veſal. l. c. Cap. XVI. Fig. 4. H. I. Euſtach. l. c. 27 ÷ 52.

3 Veſal. l. c. Fig. 3. H. I. Euſtach. l. c. 28 ÷ 50.

4 Veſal. l. c. Fig. 1. & 2. H. I.

5 Ibid. Fig. 1. K.

pli & profundi, & primo deorſum modice ſpectantes, inde magis magisque recti; inferiores autem minores, planiores, immo aliquando hinc inde leviter & inaequaliter quaſi protuberantes, & paullatim nonnihil oblique in ſuperiora directi [6]. Simul etiam partim locum, partim inſertionem & originem praeſtant hi proceſſus muſculis Sacrolumbalibus, Longiſſimis dorſi, Transverſariis dorſi, Levatoribus coſtarum, Spinalibus colli, Complexis, Trachelomaſtoideis.

6 Ibid. Cap. XIV.

138. *Transverſi vertebrarum colli proceſſus* [1] omnes gemina quaſi radice prodeunt: una poſteriore [2], inter proceſſus obliquos, a priori ipſorum parte; altera priore [3], e latere corporis. Jam vero in-

1 Veſal. Lib. I. Cap. XIV. M. vertebrarum 7, 6, 5. 4, 3, 2, 1.
2 Ibid. Cap. XV. Fig. 8. inter 4. 6. & 25.
3 Ibid. ſub 25.

inter ſe quoque diſſimiles ſunt. Nam in *ima vertebra* poſterior radix in amplum migrat proceſſum, dorſi proceſſuum transverſorum ſimilem, ſed ab iis degenerantem, breviorem, in latus modice deorſum & ſimul aliquantum in priora tendentem, latum, a priori parte leviter cavatum ſurſumque oblique ſpectantem, ab averſa gibbum: ad hanc deinde accedit radix prior, gracilis in latus procedens, ſtatimque tota cum imâ poſterioris radicis parte confluens.

In *vertebris ſequentibus quatuor* utraeque radices ſatis latae ſunt, & tenues; poſteriores[2] quidem oblique poſitae, atque a ſuperiori parte cavae, ab inferiori gibbae; priores[3] vero rectae & planae; modiceque progreſſae, ſtatim partibus imis, ad ſe invicem recurvatis, confluunt[4], fiuntque proceſſus tenues, breves, ampli, oblique in latera & ſimul nonnihil in priora declives: a ſuperiori parte quaſi cavati & patuli

ab

4 Ibid. ad 9.

ab inferiori gibbi, extremis quodammodo bifurci. Toti vero insigniores sunt in vertebris duabus, quae imam statim sequuntur.

At *sexta vertebra* posteriores radices graciles & fere teretes habet, priores autem crassiores; ac utrasque mox coeuntes in obtusum tuberculum[5].

Summa utramque radicem habet insigniorem, praesertim priorem; quaeque longius progressae, similiter coeunt, abeuntque in processus[6] magnos, latos, & plerumque planiores.

Praestant autem hi processus partim originem, partim insertionem, musculis qui collum, caput, costas, & scapulas movent; Longis colli, Spleniorum partibus inferioribus, Scalenis, Cervicalibus descendentibus, Intertransversariis, Trachelomastoideis, Rectis internis capitis majoribus, Levatoribus scapularum: ac *summae* praeterea inprimis Rectis lateralibus, Obliquis majo-

5 Ibid. Fig. 6. & 7. u.
6 Ibid. Fig. 2. 3. & 4. S.

joribus & minoribus: *imae* vero Sacrolumbalibus. Simul non impediunt colli mobilitatem; atque *inferiores quinque* nervis a ſpinali medulla in latera tendentibus appoſite cedunt.

139. At vero priorem natura his proceſſibus radicem addidit, ut pararet foramen [1], quo proceſſus illi transverſi ad exortum ſuum quaſi perforati ſunt. Haec foramina in *quinque inferioribus*, & in *ſumma*, recta ſurſum ſpectant; in *ſexta* oblique retrorſum: in omnibus magna & orbiculata ſunt; in *ſeptima* maxima. Itaque alia aliis ſuperimminentia, ſimul ab utroque colli latere faciunt canalem longum, in vertebris inferioribus quinque recta per colli curvaturam ſurſum tendentem, per ſextam & ſeptimam modice extrorſum ſimulque retrorſum; donec in ſumma ſeptimae parte abeat in ſinum [2] amplum, oblongum, circum corpus iſtius vertebrae

1 Veſal. Lib. 1. Cap. xv. Fig. 8. α. Fig. 5. 6. 7. x. & Fig. 2. T.
2 Ibid. Fig. 2. V.

rae in posteriora & interiora, fere ho-
izontaliter, incurvatum; ad arterias &
enas vertebrales tutissime deducendas,
d sua quasque in osse occipitis forami-
ia [a]. a 66. 3. & 68.

140. Caeterum partes vertebrarum,
uae a processibus obliquis & transver-
is ad spinosos procedunt [a], in pleris- a 117. 6.
ue tenues, validae tamen, incurvae,
& aequabiles sunt; amplae & latae in
umborum [1] & *dorsi* [2] *vertebris*, & etiam
n *ima colli*; longiores, sed minus la-
ae, in *colli mediis* [3] *quinque*; gibbae
& quasi teretes crassaeque in *summa* [4].
Atque hae & foramina vertebrarum per-
iciunt, & musculos extrinsecus habent
accumbentes, Sacros & Transversarios
dorsi & colli; nonnullis etiam originem
praestantes: ad haec ligamentis constrin-
gun-

1 Vesal. Lib. 1. Cap. XVII. Fig. 3. inter I. L. N. O.

2 Ibid. Cap. XVI. Fig. 2. inter a. b. & processus X. Y.

3 Ibid. Cap. XV. Fig. 11. inter δ. γ. & locum in altero latere, ubi eaedem litterae ponerentur.

4 Ibid. Fig. 4. ad latus X utrumque.

guntur validis, quae partibus harum superioribus & inferioribus, eam ipsam ob caussam asperiusculis, pertinaciter adhaerent, spinamque magis stabiliunt: hic insuper aliae aliis propiores, illic longius disjunctae, ut in unoquoque loco spinae vel stabilitas, vel mobilitas requirit [5].

[5] Ibid. in Fig. Lib. I. ultima, & Eustach. Tab. XLIV. & XLV.

141. Hujus columnae appendix est
a 118. reliquum *os sacrum* [a]. Primum enim sub imae lumborum vertebrae corpore constat ex *corporibus* [1] similibus quinque, quae alia aliis supponuntur, firmissimeque nectuntur, mediis lamellis il-
b 120. lis [b], & hic interjectis, quasi compressis, totisque in os mutatis. Simul autem
c 118. ab ampla ista basi [c] deorsum versus paullatim gracilescunt, & extenuantur, donec ultimum corpus coarctetur in mucronem [2] extremum, tenuem, oblongum,

[1] Vesal. Lib. I. Cap. XVIII. Fig. I. A. B. &c.
[2] Ibid. Fig. 1. & 2. a.

gum, a priori parte & ab averſa planiorem, ovatum, leviterque protuberantem; quem coccyx excipit [d]. d 146.

142. Corpora deinde illa a lateribus tota abeunt in *proceſſus transverſos*[1]; craſſiſſimos quidem in ſuperioribus tribus; tenuiores, attamen latos, in inferioribus. Omnes hi proceſſus cum vertebris ſuis fere imminuuntur, & poſtquam paullisper proceſſêre, extremis ſuis in unum plane confluunt: ex quo latera oſſis ſacri oriuntur. Horum autem pars ſuperior primum coagmentatur oſſibus iliûm [a]; deinde ad poſteriorem harum commiſſurarum partem, a 119. quodvis iſtorum laterum ſinus duos[2] amplos, inaequabiles, iterumque ſinuatos & quaſi perforatos, mediaque eminentia disjunctos[3], habet, ad firmanda ligamenta, quibus os ſacrum ad iliûm oſſa valide alligatur. Inde porro deorſum verſus paullatim tenuiora, paulla-

1 Veſal. Lib. 1. Cap. XVIII. Fig. 1. L. L. R. & Fig. 2. L. M. L. R.

2 Ibid. Fig. 2. P. Q.

3 Ibid. Φ.

latimque minus procera[4], ab ossibus ischiis recedunt; ad quae tamen alligata tenentur per ligamenta longa & valida, inserta tuberculis[5] oblongis, quae ab utroque latere in medio eminent.

4 Ibid. L. R. usque ad extremum.
5 Ibid. R.

143. Quinetiam *processus obliquos*, & partes ab iis in posteriora tenden-
a 117. 6. tes [a], degeneres illae vertebrae habent, cum ipsis vertebris pariter imminuta; sed quae omnia in se mutuo fusa, simul producunt scutum [1] plerumque integrum, tenue, solidum, latum & longum, a superiore parte latius, deorsum versus cum vertebrarum corporibus angustatum, & tandem dehiscens; quod parti corporum posteriori oppositum, cum ea facit canalem ossis sacri; hujusque ossis pars est eadem & postica & media; *processus* quoque exigens *spinosos* [2] tres quatuorve, minutos & breves,

1 Vesal. Lib. 1. Cap. XVIII. Fig. 2. inter d. d. d. & 3. 4. 5. 6. & sic in altero latere.
2 Ibid. d. d. d.

ves, ſimplices, & deorſum quodammo-
do inclinatos.

Proceſſus vero *obliqui deſcendentes*
corporis imi deorſum tendunt; ipſi
graciles & fere inſtar tuberculorum; ad
excipiendos proceſſulos primi oſſiculi
coccygis adſcendentes.[a] a 146.

144. Atque ex his[a] tandem fit *os ſa-* a 118.
crum; quod totum amplum eſt, latum 119. 141.
& longum, quaſi triangulum; a ſupe- 142.
riori parte inter oſſa iliûm craſſius, la- 143.
tius, & per longitudinem rectius; ab infe- adde 127. 1.
riori tenuius, anguſtius, & in priora
recurvatum; a priori parte ſatis aequa-
bile, & per transverſum planius, niſi
quod ad oſſa iliûm modice in prio-
ra recurvetur; a poſteriori gibbum & in-
aequabile: quodque & ſpinae baſis eſt,
& pelvis pars poſtica ſtabilis, & etiam
pars trunci poſterior ſub lumbis; ſimul-
que poſteriori parte ſua, & lateribus
ſub oſſibus iliûm, partim locum origi-
nemque, partim inſertionem praeſtat
muſculis Sacris, Longiſſimorum dorſi
& Sacrolumbalium principiis, Latiſſimis
dorſi, Glutaeis magnis, Iliacis externis,
& Coccygaeis.

a 141. 145. Extremo denique ossi sacro[a] appenditur COCCYX[1]; ipse similiter constans ex vertebris degenerantibus & simplicioribus, id est, ex corporibus quatuor[2], aliis aliis pariter suppositis, & ab osse sacro caudae instar paullatim imminutis, donec ultimum in mucronem cartilagineum abeat[3]. In universum autem corpora ista a priori parte planiora[4] sunt, a posteriori leviter gibba[5]: dein a superiori lata & sinuata[6]; ab inferiori angustiora & modice gibba[7]; primumque ossiculum extremum ossis sacri mucronem parte sua superiore leviter recipit, eodemque deinde alia alia modo, sed semper levius, recipiunt: adde quod per interpositas lamellas[8], ut
b 120. vertebrarum corpora[b], nonnihil disjun-

1 Vid. citat. §. 116. 4. & Vesal. Lib. 1. Cap. XVIII. Fig. 3. & Eustach. Tab. XLVII. Fig. 11. 28 ÷ 82.
2 Vesal. l. c. G. H. I. K.
3 Ibid. Fig. 3. c.
4 Ibid. Fig. 1. G. H. I. K.
5 Ibid. Fig. 3. G. H. I. K.
6 Ibid. supra G &c.
7 Ibid. supra b, &c.
8 Ibid. b, &c.

junguntur, inter ſeque laxius nectuntur; ad facilem modicamque in priora & in poſteriora flexionem coccygi concedendam.

146. *Proceſſus* praeterea *obliquorum ſimiles* [1] ex his oſſiculis ſolum plerumque *primum* habet, graciles, ſatisque proceros; qui a poſteriori hujus parte ſurſum tendunt ad proceſſulos deſcendentes [a] oſſis ſacri, ad eosque alligantur; principium coccygis ſtabilientes. a 143. fin.

1 Bidl. Tab. xcviii. Fig. 2 & 3. A. B.

147. Ac primum quoque & ſecundum, & quodammodo etiam reliqua, a ſuperiori laterum ſuorum parte ad inſtar proceſſuum transverſorum extuberant [1], eo minus quo quodvis oſſiculum humilius eſt; iisque partibus inſeruntur muſculi Coccygaei.

1 Conf. Veſal. Lib. 1. Cap. xviii. Fig. 1. 2. 3.

148. Coccyx itaque pars ipſa extrema oſſis ſacri eſt, gracileſcens, flexilis,

totaque paullatim, & ſaepe varie, degenerans; quae in priora aequabiliter recurvata, pelvis pars eadem & poſterior & ima ſtabilis, & tamen nonnihil obſequioſa eſt; apta & ad anum fulciendum, hujusque ſphincterem ſtabiliendum, & ad originem Glutaeis magnis praeſtandam, & ad cedendum poſteriora verſus.

149. Jam vero quemadmodum ſpina ex deſcriptis, atque aliis aliis ſuperimpoſitis, oſſibus fit, eodem modo ex eo-
a 117, 7. rundem foraminibus [a], aliis aliis ſuperimminentibus, *canalis* oritur amplus & ſtabilis, qui magno oſſis occipitis fora-
b 68. mini [b] ſupponitur, & ab eo per vertebras colli, dorſi, & lumborum, atque inde per os ſacrum, procedit: ſane quam opportuniſſime, ad medullam ſpinalem, in quam abit medulla oblongata per magnum oſſis occipitis foramen exeuns, recipiendam, tutamque ab omni periculo per totam trunci longitudinem deducendam. Quare & amplitudinem eandem ubique non habet, ſed totum ſe ad ſpinalis medullae craſſitiem,

em, & prope figuram, accommo at.

150. Et ne in eandem medullam incurrat vertebra summa cum osse occipitis, quo tempore vertitur circum axem subjectae, foramen vertebrae summae, one articulos cum capite [a] & cum subjecta vertebra [b], diametrum transversam, quae inter dextram & sinistram partem intercedit, multo quam subjectae longiorem [1] habet. a 125. fin. b 125. init.

1 Vesal. Lib. 1. Cap. xv. Fig. 4. à q. ad eundem locum in altero latere.

151. Hic canalis, cum aeque atque calva [a] arterias admittere, venasque & maxime insignes ad corpus tendentes nervos emittere debeat, pervius pariter est factus, *viis* utrimque triginta [1], per totam ejus longitudinem ordine aptisque & accommodatis locis patentibus; ipse insuper ad extremum dehiscens [2]. a 55.

152.

1 Vesal. Lib. 1. Cap. xiv. Q. Q. &c.
2 Ibid. Cap. xviii. Fig. 2. k.

152. *Viae* illae, sub osse occipitis a[d]
principium coccygis usque, relinquun[-]
tur primum inter os occipitis & sum[-]
mam vertebram, deinde semper int[er]
duas quasque se subsequentes vertebra[s,]
postremo inter os sacrum & primu[m]
coccygis ossiculum. Omnes a laterib[us]
pone vertebrarum corpora patent, fiun[t-]
que praecipue ex processibus illis, q[ui]
a lateribus corporum vertebrarum re[-]
a 117. 2. trorsum procedunt [a], modice, qua al[ii]
alios, id est superiores & subjecti se mu[-]
tuo spectant, sinuatis [1]; tum a corpo[-]
ribus ipsis, eorumque commissuris; p[er]
articulos denique posteriores (praete[r]
pr

1 *In capite*, (*quod circum magnum foramen suu[m]* *vertebrae summae simile est*) Vesal. Lib. 1. Ca[p.] xv. Fig. 1. H.

In summae vertebrae superiore parte, Ibid. Fi[g.] 3. V.

In parte ejusdem inferiore, Ibid. Fig. 4. q.

In vertebrae, quae altera a summa est, par[te] *superiore*, Ibid. Fig. 6. p.

In reliquis vertebris, *ut* Ibid. Fig. 7. r. & Fi[g.] 9. s.

In vertebris dorsi & lumborum, conf. Ibid. Ca[p.] XIV.

In osse sacro, Ibid Cap. XVIII. Fig. 2. r.

rima duo paria) perfectae [2]. Ac prima quidem paria duo fissurarum ampliorum, & quasi horizontalium, speciem habent. Reliquae viae amplae sunt & irregulares, inter seque & magnitudine in universum inaequales, & figura in collo, dorso, lumbis, & sublumbis dissimiles [2]. Itaque mirifice a provida natura paratae sunt, primum ut nervi aequaliter tutoque in utrumque corporis latus ducantur; deinde ut spina ad usus necessarios inclinari, flecti, & torqueri possit, caputque super summam vertebram, ac summa super subjectam, laxe moveri, nervis interim vasisque, quae per has vias deducuntur, neque distractis, neque compressis.

2 Conf. Ibid. Cap. XIV.

153. Cum vero processus transversi ossis sacri omnes cito in unum confluentes, atque majorem partem ossibus iliûm nexi, impediant nervorum, ex quatuor viarum ossis istius paribus, in latera progres-

greſſum; viae illae abeunt in foramina quae per longitudinem oſſis ſacri, ante & retro, patent, inter proceſſus transverſos, priusquam coeunt; quatuor utrimque paria[1]; priora quidem inter dictos proceſſus, & corpora vertebrarum eorumque commiſſuras[2]; poſteriora inter eosdem illos proceſſus, & proceſſus obliquos in ſe mutuo fuſos[3]. Ex his autem priora[2] magna ſunt & prope orbiculata, eoque minora, quo quaelibet humiliora: omnia ad latus quaſi tendunt; ſingulaque abeunt in ſinum, confluentibus proceſſibus transverſis a priori parte impreſſum, & ad latus pergendo ſenſim evaneſcentem; ac ſuperiores modice deorſum tendunt; ſubſequentes paullatim rectius in latera; imi leviter imprimuntur. Poſteriora foramina[3] minora ſunt, & inaequalia.

1 Euſtach. Tab. XLIII. XLIV. & XLVII. Fig. 11. Spigel. Lib. 11. Tab. IX. Fig. 1 & 2. 1. 2. 3. 4.
2 Veſal. Lib. 1. Cap. XVIII. Fig. 1. 3. 4.
3 Ibid. Fig. 2. 3. 4. 5.

154. Quamobrem quoniam ſpina, ſub-

ſubjecta corporis trunco, ex oſſibus deſcriptis [a], multis parvisque, exſtructa eſt, [a 116 ad 154] oſſaque illa commiſſuras habent plane ſingulares, atque ligamentis valide retinentibus, & tamen obſequioſis, conſtringuntur, tota ſingulari opera artificioque perfecta eſt, ut muſculis ſuis, copioſis illis validisque, firmata, & firma ſtabilisque ſit, ad truncum totum ſtabiliendum erigendumque, & facile, quo velimus, per multos vicinosque & parvos articulos curvabilis, ad lumbos, dorſum, & collum, vel erigenda, vel aequabiliter a ſummo inflectenda, vel quaſi torquenda; quovis oſſiculo declinante intervallo minimo: deinde etiam, ut via ſit tutiſſima, perpetua, multisque transverſis diviſa, medullae ſpinali a capite ad extremum truncum, nervisque ab ea ad corpus ducendis.

155. Hujus deinde mirabilis figura ad corporis aequilibrium, ſingularumque partium uſus, plane accommodata eſt: Nam a ſacro oſſe lumbi primo in priora inſigniter curvati, mox rectiores, ad poſteriora modice inclinant, patulo in

posteriora curvamine; ad thoracem commodius sustinendum, non obstantibus partibus, quae in abdomine repositae sunt. Inde dorsum ad posteriora inclinans, leviter a summo inflexum est, patulo in priora curvamine; thoracem medium a posteriori parte augens, faciensque ut ad priora nimium non inclinet. A dorso sursum in priora fertur collum, modice reflexum, caput, in priora quasi pendulum, sustinens. Sub lumbis autem os sacrum primo inter ossa iliûm in posteriora rectius tendens, pelvis cavum auget; inde cum coccyge aequabiliter in priora incurvatum, eandem pelvim inferiora versus coarctat, ad anum sustinendum in priora tendens.

Vesal. Lib. I. Cap. XIV.

---

156. Quin & certa ejusdem mobilitas maxime convenit. Tota primum stabili osse sacro plane firmata. Supra hoc deinde tota, fere usque ad caput, ad omne latus inclinanda & inflectenda; praesertim in priora, & aequaliter in utram-

utramque partem; quodammodo etiam torquenda: lumbis imoque dorſo firma ſimul, & quantum neceſſarium eſt mobilis: medio dorſo ſtabilior: collo & capite (quod ſumma pars ſpinae eſt) laxe atque praecipue, certaque lege mobilis: coccyge denique nonnihil obſequioſa.

157. Et cum ſpina cum capite per ſe non rigida, ſed tota flexilis & obſequioſa ſit, muſculis, quibus erigatur & regatur, plurimis validisque inſtructa eſt; iis omnibus, aliisque coſtarum, abdominis, ſcapularum, humerorum, femorum, nec non ligamentis, ſedem & fundamentum praeſtans; atque ab eorundem nonnullis certis in locis varie depreſſa & ſinuata, aut protracta & aſperata.

158. Tota porro a priori parte ſimplicior eſt. Sigillatim vero in collo ſummoque thorace planior, cedens pharyngi cum ſtomacho, atque laryngi cum aſpera arteria. At in reliquo thorace aſſurgens, ad poſteriorem thoracis partem diſcernendam, & locum com-

modum parandum ſtomacho, arteriae magnae, venae azygae, canali chylifero. In lumbis minus prominula; itaque, etſi in poſteriora incurvata, non impediens arteriam magnam & venam cavam. Poſtremo ad pelvim planior, hujusque amplitudinem a poſteriori parte augens.

159. Media denique ſpina, ex vertebris dorſi conſtans, ſimul etiam pars thoracis ſceleti eadem & poſterior & media ſtabilis eſt; atque coſtis omnibus ſtabilitatem, earumque articulis poſterioribus ſedem idoneam praeſtat.

160. Dorſum igitur ad recipienda capitula prima coſtarum *ſinus*[1] in utroque latere habet diſtinctos duodecim; omnes
a 122. corporibus [a] vertebrarum dorſi impreſ-
b 152. ſos, prope [1] vias nervorum [b]. Et primus quidem utrimque in margine ſuperiore corporis ſummae dorſi vertebrae eſt, rotundus, ſatisque profundus: ſubſequentes autem novem quique ſunt in marginibus ſe mutuo ſpectantibus corpo-

1 Veſal. Lib. 1. Cap. xix. Fig. 3. X.

porum duarum inter ſe nexarum verte-
brarum[1], & fiunt ex ſinibus duobus mi-
noribus, planioribus, inaequalibus, &
lamellam mediam[c], corpora illa con- c 120.
nectentem, verſus declivibus; inferiore
ſemper majore[1]: duo denique poſtremi
in marginibus ſuperioribus corporum
vertebrarum dorſi imarum duarum, ro-
tundi inſignesque: omnes cartilagine
cruſtati, capitulisque coſtarum magni-
tudine & figura reſpondentes.

Ad hos accedunt ſinus[d] proceſſuum d 137.
transverſorum.

161. THORAX SCELETI[1], conce-
ptaculum amplum & mutabile, mediae
ſpinae a priori parte appenſus eſt, ac
praeter *dorſi vertebras*[a] conſtat ex *Pe-* a 159.
ctoris oſſe[2], *Coſtis*que quatuor & vi-
ginti.

1 Euſtach. Tab. XLIII. XLIV. XLV.
2 Veſal. Lib. I. Cap. XIX. Fig. 6 & 7.

162. OS PECTORIS, fundamentum
inter dextras & ſiniſtras ſeptem ſuperio-
res extremas coſtas a priori parte inter-

jectum, ossa praesertim tria [1] componunt.

1 Vesal. Lib. 1. Cap. XIX. Fig. 1. g. h : h. i: i. k.

163. Eorum primum & superius [1] trianguli formam quodammodo habet, ac parte sua superiori [2], insigniter lata, inter latas crassasque & duriores & etiam breviores primarum costarum cartilagines interponitur [3], iisdem late firmiterque lateribus suis [4] Junctum : sic costas illas primas stabilit; & vicissim ab iisdem optime, & quantum expedit, firmatum, pars totius ossis pectoris stabilior est, cum costis illis sursum deorsumque mobilis.

164.

1 Vesal. Lib. 1. Cap. XIX. Fig. 1. g. h. Eustach. Tab. XLVII. Fig. 18. 5 ÷ 28. & sic Fig. 19. 20. 21.

2 Vesal. l. c. Fig. 6 & 7. à p. ad alterum latus, conf. Eustach. l. c.

3 Vesal. l. c. Fig. 1. coll. cum Eust. Tab. XLIII.

4 Vesal. l. cit. p. Eust. Tab. XLVII. Fig. 18. $2\frac{1}{2}$ ÷ $27\frac{1}{2}$. & 7 ÷ 27.

164. Deinde a ſuperiori illa [a] parte [a] 163.
deorſum verſus inſigniter anguſtatur [1], parteque ima [2], anguſtiore, fere recta, & inaequabili, per interpoſitum gluten cartilagineum & obſequioſum connectitur [2] cum parte oſſis ſecundi ſuperiore [2], ſimiliter anguſta, rectiore, & inaequabili. Inde porro os ſecundum [3] deorſum tendit, praecedente multo longius, inferiora verſus paullatim modiceque lateſcens [4], & tandem extremitate quodammodo orbiculata [5] finiens; cujus imae parti [6] adglutinatur [6] os tertium [7], minimum, multo anguſtius, breve, & ab inferiori parte in cartilaginem [8], forma variam [9], abeuns. Ex quo totum os pectoris

1 Veſal. Lib. 1. Cap. XIX. Fig. 6 & 7. à p. ad u. & Fig. 1. à C. ad D. coll. cum Euſtach. Tab. XLVII. Fig. 18. 19. 20. 21.

2 Veſal. l. c. Fig. 6 & 7. t. coll. cum Euſtach. l. c.

3 Veſal. l. c. Fig. 1. h. i. & Fig. 6 & 7. à t ad ζ.

4 Ibid. Fig. 6 & 7. usque ad Z.

5 Ibid. à Z per β.

6 Ibid. ζ

7 Ibid. Fig. 1. k.

8 Ibid. Fig. 6. & 7. η.

9 Euſtach. Tab. XLVII. Fig. 18. 19. 20. 21.

ctoris satis longum & stabile est; nec tamen plane rigidum, sed nonnihil obsequiosum.

a 163. 164. 165. Ex his [a] igitur factum *os pectoris*, praeterquam quod costarum primarum cartilagineis extremis continuetur [b], praeterea costarum ab utroque latere subsequentium sex cartilaginea extrema recipit[1] *sinibus*[2], formam anguli quodammodo habentibus, & cartilagine crustatis, quos in utroque latere sex habet, ordine dispositos; primos ad commissuram ossis primi cum secundo, subsequentes quatuor[4] in lateribus ossis secundi, ultimos[5] ad commissuram ossis secundi cum tertio: superiores cujusque lateris satis inter se distantes, imos propinquiores. Quare fundamentum stabile est, quod septem superiora costarum paria sustinet & ordinat; par quidem superius pertinaciter, caetera autem articulo nonnihil mobili; ab iisdem

b 163.

1 Vesal. Lib. 1. Cap. xix. Fig. 1.
2 Ibid. Fig. 6 & 7. u. x, y. z. α. β.
3 Ibid u.
4 Ibid. x. y. z. α.
5 Ibid. β.

dem viciſſim firmatum. Simul etiam thoracis, pectoriſque, partem eandem & priorem & mediam perficit; eam ob cauſſam modice latum & planius, ſed per longitudinem nonnihil incurvum, atque extrinſecus [6] gibbum, ex interiori [7] parte concavum.

6 Ibid. Fig. 6.
7 Ibid. Fig. 7.

166. Et ut baſis quoque idonea eſſet, in qua inniterentur, & ad quam moverentur claviculae, ſuperior ejus pars [1], utrimque ad primarum coſtarum cartilagines, ſurſum verſus inſigniter craſſeſcit; atque a ſuperiori parte abit in *ſinus* [2] duos, magnos, oblongos, per longitudinem ſimos & declives in latera, a priori parte ad poſteriorem gibbos & modice declives, cartilagine cruſtatos, mediaque ſumma in lunulae figuram formata oſſis parte ſecretos: hi claviculas ſu-

1 Veſal. Lib. I. Cap. XIX. Fig. I. ſupra C.
2 Ibid. Fig. 6 & 7. q. r.

ſuſtinent[3], interpoſita lamella cartilaginea mobili.

3 Ibid. in fin. Lib. 1. Tab. 1 & 2.

167. Fundamentum denique praeſtat principiis muſculorum Pectoralium, Sternomaſtoideorum, Sternoyoideorum, Sternothyroideorum, & Triangularium; firmat Diaphragma, & Transverſos abdominis.

168. COSTAE multo maximam & praecipuam thoracis ſceleti partem faciunt[1]: oſſa longa, modice lata, maxima ex parte plana & tenuia, incurva, parte cavâ laevia & aequabilia; primis partibus craſſa & dura, inde priora verſus paullatim tenuiora & infirmiora; poſtremo a priori parte rurſus nonnihil craſſeſcentia, fungoſa tamen, & in cartilaginem[2], ſatis, pro magnitudine cujusvis coſtae, longam, latam, craſſam, & pariter incurvam, degenerantia.

169.

1 Veſal. Lib. 1. Cap. XIX. Fig. 1 & 2. 1 — 12. conf. citat § 5. 1.

2 Veſal. l. c. Fig. 3. B. E. & Fig. 1. & Euſtach. Tab. XLIII.

169. [1] Atque duodecim tales [a] costae ad utrumque dorsi latus, directo per totam dorsi incurvi longitudinem ordine, aliae infra alias, intervallis inter sese modicis disjunctae, ita dispositae sunt, ut omnes partibus primis dorso inhaereant, indeque in priora tendant, ac dextrae & sinistrae partibus suis concavis se mutuo spectent. Dextrae etiam quaeque sinistris quibusque, e regione collocatis, magnitudine & figura respondent. Tum autem superior brevis est; sub eam sequentes sex paullatim longiores fiunt: atque septem hae primae utriusque lateris, quas *veras* appellant, cartilaginibus suis usque ad os pectoris perveniunt, & ad utrumque ossis istius latus, & per totam ejus longitudinem, similiter ut ad spinam, aliae infra alias, modicis quoque intervallis [b] inter duas quasque relictis, ordinantur; ab osse isto firmatae, vicissimque id ipsum sustinentes. Rursum a septima reliquae inferiores, quae *nothae*, paul-

a 168.

b 165.

1 Eustach. Tab. XLIII. XLIV. XLV.

paullatim insigniterque breviores fiunt; sic ut duodecima brevissima sit: quare & ad os pectoris non pertingunt; sed octava cartilagine sua extrema, paullatim gracilescendo in acutum mucronem abeunte, imae parti cartilaginis septimae jungitur; ac sic nona octavae, & decima nonae; duae denique imae lateribus abdominis extremis suis partibus inhaerescunt. Adde quod omnes a lateribus corporum vertebrarum dorsi in latera, juxta priorem partem extremorum processuum transversorum vertebrarum dorsi, maxime incurvae procedunt, ac sic ad utrumque dorsi latus patescunt; inde in priora recurvantur, & porro per latera incurvae incedunt; donec tandem a priori parte superiores recurventur os pectoris versus, inferiores autem paullatim in thoracis lateribus desinant. Ad haec superiores maxime incurvae sunt, inferiores rectiores.

Eoque fit ex costis, & ex dorso ac pectoris osse (quae costis stabilitatem dant) unius cavi magni, partim ossei partim cartilaginei, & majorem partem in-

nterrupti, ſpecies: cui oblonga, & fe-
e ovata, figura; praeſertim a priori
parte, & a lateribus; totum nempe a
ſuperiori parte anguſtum, hinc deorſum
verſus paullatim & aequabiliter inſigni-
terque ampliatum, ima tandem parte
rurſus nonnihil coarctatum; a poſterio-
ri porro parte, & a lateribus, longius;
a priori breve; tum a media poſtica par-
te, prominentibus in priora, id eſt,
os pectoris verſus, corporibus vertebra-
rum dorſi, per longitudinem aliquan-
tum diſcretum; eamque ob cauſſam in
medio anguſtius, a lateribus capacius;
alioquin intrinſecus aequabile; denique
per ſe patens a parte ſuperiori, & etiam
ab inferiori. Hujus autem pars tota ſu-
perior praecipuaque cor & pulmones
recipit, & contra vim extrinſecus infe-
rendam munit: a lateribus deorſum
protenſum hypochondriis munimenta
praebet: praeterea partim admittens,
partim emittens, partim etiam transmit-
tens, trachaeam, arterias, venas, ner-
vos, ſtomachum, canalem chyliferum.
Extrinſecus quoque a priori parte pe-

ctus facit gibbum, latum & planius, breveque; a posteriori dorsum; a lateribus latera.

170. Hoc ipsum cavum pulmonum potissimum caussa, miro opere naturae, certo quodam modo mutabile est. Et primum inhaerent costae omnes, par-
a 160. tibus suis primis, sinibus [a] corporum vertebrarum dorsi [1], mobilibus articulis: summa quidem capitulo satis insigni, & fere rotundo [2], crustatoque cartilagine; secunda superficiebus duabus planioribus, quas in prima parte habet, una scilicet inferiore eademque & majore praecipuaque, altera superiore & minore, oblique positis, eminentia media oblonga transversaque disjunctis, atque eam versus acclivibus, & cartilagine pariter crustatis; eodemque reliquae, usque ad undecimam, modo [3]; duae denique postremae superficie insigni,

1 Vesal. Lib. I. Cap. XIX. Fig. 3. a.
2 Eustach. Tab. XLVII. Fig. 22. 38 ÷ 30.
3 Vesal. l. c. Fig. 4. L. Eust. l. c. Fig. 23. 37 ÷ 36.

gni, planiore, rotunda [4], ſimiliterque cartilagine cruſtata. Verumtamen ne vacillent, ligamentis ſingularibus pertinaciter adſtringuntur; primo a lamella media [b], corpora vertebrarum inter ſe b 120. nectente, producto, & coſtis inſerto; in prima quidem, & in duabus poſtremis, tuberculo, quod ad ſuperiorem partem ſuperficiei cum ſinibus dorſi commiſſae eſt; in reliquis eminentiae oblongae, duas earum ſuperficies disjungenti: deinde & aliis, e tuberculis ſinibusve [5] corporum vertebrarum, prope coſtas, enatis, & primo coſtarum margini inſertis; uno ſolum in prima coſta, a ſumma dorſi vertebra; & ſic quoque in duabus imis, a vertebris quibus inhaerent; at duobus in reliquis coſtis, a binarum vertebrarum, quibus quaeque coſta inhaeret, corporibus, attamen ſaepe confluentibus.

4 Veſal. l. c. Fig. 5. N. Euſt. l. c. Fig. 24. 37 ÷ 41.

5 *Ut* Veſal. Lib. I. Cap. XVI. Fig. 4. F.

171. Praeterea decem, vel novem, ſu-

a 170. ſuperiores coſtae, modico ab iſtis [a] com-
miſſuris intervallo, id eſt, qua juxta
extremos proceſſus transverſos proce-
dunt, a poſteriori parte, ibidemque in
imo margine, leniter quaſi capitulatae
ſunt, exigentes tubercula [1] gibba & car-
tilagine cruſtata, quibus proceſſuum
transverſorum vertebrarum dorſi ſini-
b 137. bus [b] inhaerent; prima proceſſui trans-
verſo vertebrae dorſi ſummae, ſecunda
ſecundae, & ſic porro: ad eosdem il-
los proceſſus inſuper alligatae, praeſer-
tim per ligamenta robuſta, quae a cu-
jusvis transverſi proceſſus apice ad co-
ſtam quamvis tendunt, inſerunturque
tuberculo [2] aſpero, quod in coſtarum
poſteriori parte, juxta capitula praece-
dentia eſt; ſic magis firmatae, certam
quoque mobilitatem habent; nempe
partibus illis primis ad vertebras ſurſum
deorſumque verti queunt.

172

1 Veſal. Lib. I. Cap. XIX. Fig. 4 M. Euſtach.
Tab. XLVII. Fig. 22. 42 ÷ 30. & Fig. 2
43 ÷ 36.
2 Veſal. l. cit. O. Euſtach. l. c. Fig. 2.
40 ÷ 35.

172. Deinde a priori parte cartilaginibus ſuis non uno modo componuntur. Primae enim cartilago prope os pectoris lateſcit, & cum eo [a] in unum a 163.
plane confluit [1]. Reliquae omnes in priora tendentes modice arctantur [2]. Sex autem infra primam extremis ſuis craſſioribus [3] recipiuntur [4] in ſinus [b] oſſis b 165.
pectoris, articulis nonnihil mobilibus, per ligamenta firmatae: octava ad ſeptimam, & deinde aliae ad alias, uſque ad undecimam, extremis ſuis acutis alligantur [5]; ac ſextae, ſeptimae, octavae, & nonae cartilagines [6] mediae ſaepe confluunt: undecima & duodecima, per ſe liberae [7], carne firmantur.

1 Veſal. Lib. I. Cap. XIX. Fig. I. C.
2 Ibid. 2. 3. 4. 5 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.
3 Ibid. Fig. 3 E. Spigel. Lib. II. Tab. VII. Fig. 18. A.
4 Veſal. l. c. Fig. I. 2 3. 4. 5. 6. 7. coll. cum Euſt. Tab. XLIII.
5 Veſal. l. c. 8. 9. 10. coll. cum Euſt. l. c.
6 Euſt. l. c. 32 ÷ 27. &c.
7 Veſal. l. c. 11. 12. Euſt. l. c.

T

173. Sed & extremae coſtae in cartilaginem verſae flexibiles ſunt & elaſticae. Et ex his primae coſtae cartilago durior eſt, reliquarum mollior: primae etiam brevis eſt; inde quaevis coſta, uſque ad octavam, cartilaginem paullatim longiorem habet; rurſus a ſeptima reliquae ſingulae paullatim breviorem, ac ſimul etiam graciliorem. Quare prima cartilago ſtabilior eſt; ſex infra eam eo facilius flecti poſſunt, quo quaelibet earum ſitu inferior eſt; reliquae facile obſequuntur.

Veſal. Lib. i. Cap. xix. Fig. 1. Euſtach. Tab. xliii.

---

174. Poſtremo ipſe coſtarum ſingularum ductus ad certam earum mobilitatem plurimum confert. Nam prae-
a 168. terquam quod arcuatae ſint [a], omnes praeterea a dorſo in latera modice deorſum verſus tendunt [1]; atque inde etiam porro, per latera corporis ad prio-

1 Euſtach. Tab. xliv.

priorem partem, deorſum [2], eo fere magis, quo quaelibet coſta inferior; donec a priori parte [3] ad ſe invicem recurrventur, & ſuperior toto ductu declivis oſſi pectoris continuetur, ad angulum obtuſum cum inferiori oſſis pectoris parte; ſecunda eidem oſſi jam fere ad angulos rectos inſeratur; reliquae omnes, uſque ad undecimam, ſurſum tendant, eo fere rectius, quo quaelibet inferior; quare & angulus inſertionis cujusvis coſtarum reliquarum verarum eo cum oſſis pectoris inferiori parte acutior eſt, quo quaelibet earum inferior: in univerſum tamen omnes a dorſo in priora deorſum tendunt. Ad haec quinque ſuperiores coſtae aequabili & quodammodo orbiculato ductu a lateribus ad os pectoris incedunt; quinque autem ſequentes, hactenus inſigniter deorſum tendentes, mox in principio cartilaginum ſuarum magno flexu facto, inde rectius ſurſum feruntur; eo magis &

2 Ibid. Tab. XLV.
3 Ibid. Tab. XLIII.

& insignius quo quaelibet istarum co
starum inferior. Undecima & duode
cima aequabili & rectiore ductu in pric
ra deorsum tendunt[4]. Itaque & ad spi
nam in universum omnes deorsum insi
gniter inclinant, & etiam ad planun
per dorsum & os pectoris ducendum.

4 Ibid. Tab. XLV.

175. Costae igitur decem superiore
sic ad spinam partibus suis primis ordi
a 169. natae & firmatae sunt [a], extremis au
170. tem suis flexibilibus [b] ad os pectoris [c]
171. vel aliae ad alias [c], ut mediis suis arcu
b 173. bus in universum sursum duci possint
c 169. & deprimi rursus. Et cum praetere
172. omnes hi arcus ad planum per spinan
& per os pectoris ducendum deorsun
d 174. inclinati & incurvati sint [d], ipsi illi ar
cus, quando sursum ducuntur, ad per
pendiculum magis eriguntur, ac simu
gibbis suis partibus extrorsum in su
periora convertuntur. Ex quo dextr
quique arcus, a sinistris quibusque,
regione collocatis, paullatim recedunt
su

ſuperiores quidem quinque, vel ſex, maxime mediis arcubus, ſequentes quatuor inprimis prope cartilaginea ſua additamenta: ac ſic thoracis, ex his coſtis potiſſimum facti, amplitudo per tranſverſum augetur. Contraria fiunt, quando rurſus deprimuntur.

176. Sigillatim vero par coſtarum ſuperius maxime ſtabile & pene fixum eſt[a]. Reliquae coſtae mobiliores ſunt[b], a 172. 1. 173.
& paullatim eo fere magis duae quaelibet earum oppoſitae a ſe invicem recedere[c] poſſunt, quo ipſae ſitu inferiores. Eamque ob cauſſam thoracis latera a ſummo deorſum paullatim, fere magis magiſque, & aequabiliter ampliari, ac rurſus coarctari, queunt. b 172. 173. c ut 175.

177. Sed etiam orbiculus ille, fere integer & ſtabilis, factus continuo ductu a coſtarum primo pari & a primo oſſis pectoris oſſe[a], innitenſque ſuis extremis in ſpina mobilibus articulis[b], & ad ipſam illam ſpinam deorſum admodum inclinatus[c], medio arcu ſuo ſurſum duci poteſt, magiſque ad perpendiculum erigi. Quod ſi fiat, pars a 163. 172. b 170. 171. c 174.

orbiculi iſtius prior, quae ſpinae oppo-
nitur, ab ejuſdem illius ſpinae plano in
priora recedit, ſimulque gibba ſua par-
te extrorſum ſurſumque nonnihil con-
vertitur. Quin & reliquum os pectoris
eadem opera ſurſum ducitur: itaque &
d 172. coſtarum, vel oſſi pectoris inſertarum [d],
3. e 172. vel inter ſeſe ligatarum [e], extrema prio-
4. ra, os pectoris ſequentia. Quare illae
etiam coſtae admodum ex deorſum in-
clinatis eriguntur, prioribusque ſuis cur-
vaturis, una cum oſſe pectoris, a ſpina
in priora recedunt: ac ſic thoracis dia-
meter, inter priorem & poſteriorem e-
jus partem intercedens, augetur, & fe-
re a ſummo deorſum magis magisque &
aequabiliter; viciſſimque coarctatur, cum
contraria fiunt.

f 169. Coſtae [f] autem utriusque lateris imae
170. 172. duae totae per ſe mobiliores ſunt.

a 177. 178. Denique, quo haec [a] fiunt tem-
pore, os oſſis pectoris ſecundum & ter-
b 164. tium [b] cum prioribus partibus cartila-
ginum coſtarum ſex inferiorum verarum,
& priores quoque partes cartilaginum
coſtarum trium notharum ſuperiorum,

re-

etrorſum, ſpinam verſus, nonnihil co-
i poſſunt; maxime in inferiore thora-
is parte: quo fit, ut mediae ejusdem-
ue & inferioris thoracis partis, ubi cor
ocatum, diameter inter priorem & poſt-
riorem partem intercedens nimium
on augeatur, ac latera ſimul inſignius
mplientur.

179. Poteſt igitur oſſeus ille thorax
n univerſum inſigniter a ſummo deor-
um, quaſi follis inſtar, maxime a late-
ibus, ampliari; cum ſcilicet & coſta-
um decem, vel novem, ſuperiora paria
mediis ſuis arcubus [a], & totum os pe- a 175. 176.
ſtoris [b], ſurſum ducuntur, ſimulque os b 177.
oſſis pectoris ſecundum cum prioribus
artibus cartilaginum coſtarum ſex infe-
iorum verarum, & priores partes car-
ilaginum coſtarum notharum ſuperio-
um trium, retrorſum nonnihil cogun-
ur [c]; imis interim duobus, vel tribus, c 178.
coſtarum paribus vix dimotis. Idem-
que ille thorax, poſtquam ſic ampliatus,
urſus contrario modo ad priſtinam
ſuam anguſtiorem capacitatem recidere
poteſt: quin etiam ultra nonnihil coan-
gu-

guſtari: itaque porro mirabilem in mo
dum a *rerum creatore* conſtructus eſt
ut, cum ceſſant cauſſae vel dilatante
vel conſtringentes, ipſe ſe reſtituat.

180. Ex quibus omnibus non modo
a 169. circumſepta & munita [a] ſunt cor, pul
mones, & hypochondria, ſolidae illiu
& durae cratis, id eſt thoracis, ample
xu, quae pleuram & ſeptum transver
ſum aequabiliter ſuſtinet & ſtabilit; ſed
ipſe etiam ille thorax, ut ſpiritus in pul
mones reciproca viciſſitudine commea
ret, follis inſtar, certa lege, & per va
rios gradus, ampliari, & rurſus angu
ſtari aequabiliter poteſt; maxime a la
b 179. teribus [b], ubi & pulmones poſiti. Ne
que tamen magnum hocce oſſeum qu
c 156. cavum neceſſariam ſpinae mobilitatem
impedit, nec ipſum, ſpina huc atque
illuc inflexa, multum patitur, plane mi-
rabiliter cedentibus coſtis, & ſeſe ac-
commodantibus. Deinde multos quo-
d 167. que thorax muſculos [d], ac ſcapulas, i-
181. e 166. temque claviculas [e], commode ſuſtine
& firmat.

181. Et coſtae quidem muſculos ſta-
bi

piliunt Intercoſtales, Levatores coſtarum proprios, Subclavios, Triangularem, Serratos omnes, Diaphragma, Sacrolumbales, Longiſſimos dorſi, Cervicales deſcendentes, Scalenos, Obliquos abdominis, ejusdemque Transverſos & Rectos, Quadratos lumborum, Latiſſimos dorſi, Pectorales: qui & coſtas varie extrinſecus partim deprimunt, partim in eminentias tubercula ve inaequabilia gibberaque protrahunt.

182. *Sulcum* [1] inſuper pleraeque ex coſtis (exceptis inferioribus aliquibus) habent, parti eidem & intrinſecae & imae impreſſum; eumque in omnibus illis oblongum, & aequabilem, & inprimis profundum, qua coſtae juxta transverſos proceſſus in priora pergunt, indeque priora verſus paullatim evaneſcentem; nec in omnibus coſtis aeque inſignem; praeſertim autem leviorem in ſuperioribus aliquibus: hi vero *ſulcus* vaſis intercoſtalibus cedunt.

183.

1 Spigel. Lib. II. Cap. VII. Fig. 18. F. F.

18 . Ima ſpina binis COXARUM OS-
SIBUS[1] adaugetur: quae magna, eadem
que & valida, & forma varia, iman
trunci partem longe ampliorem effici
unt; ſicque & femorum articulis ſede
idoneas praeſtant, & pelvem cum oſſ
ſacro & coccyge faciunt, & muſcul
multis, iisque magnis valentiſſimisque
locum, ſtabilitatem, & originem prae
bent.

1 Veſal. Lib. 1. Cap. XXIX. Fig. 1. 2. 3. coll. cu
Tab. ult. trib. Lib. 1.

184. Nempe ad utrumque oſſis ſac
a 119. latus a *Coxarum oſſa*, partibus ſuis ii
dem & ſuperioribus & poſterioribu
& maximis latisque (quae *oſſa Iliûm*[1]
applicantur, eidemque oſſi quodvis ea
rum apre coagmentatur, ſuperficie[2] an
pla, id eſt, oblonga lataque, planiore
& inaequabili, ac cartilagine quadar
cr

1 Veſal. Lib. I. Cap. XXIX. totum, quod ſup
lineam, à c, per b, ad S in Fig. 2. & ab S, p
N, ad c, in Fig. 3. ducendam, eſt.
2 Ibid. Fig. 3. A. B. C. C. D. D.

crustata, quam os iliûm in parte sua intrinseca, ac simul inferiori posteriorique, & deorsum nonnihil producta[3], totaque crassa & valida, habet: ac ligamentis commissurae istae devinctae firmiterque constrictae tenentur; praesertim vero a posteriori parte [b]. b 185.

3 Ibid. B.

185. Namque a posteriori istarum [a] a 184. commissurarum parte, utrumque os iliûm in posteriora, nonnihil ultra os sacrum, procedit [1], parte [2] ampla & crassa validaque, ac paullatim modiceque ab osse sacro recedente: eaque primo statim pone dictam commissuram, qua os sacrum spectat, superficie [3] ampla, inaequabili, gibberaque, excipit & firmat ligamenta crassa valentissimaque, ab osse sacro [b] venientia, quibus ossa b 142. ista

1 Vesal. ad calcem Lib. 1. Fig. 3.
2 Ibid. Cap. XXIX. Fig. 3. pone D. D. usque ad Q. H.
3 Ibid. E. F. G.

ista pertinacissime retinentur; deinde autem ulterius paululum progressa[4], locum parat musculo Sacro, originemque praestat principio Sacrolumbalis ac Longissimi dorsi.

4 Ibid. pone E. F. G.

a 184. 186. A parte autem earundem [a] commissurarum priore, coxarum ossa a se invicem in diversum nonnihil discedunt[1], & per latera prope orbiculatim, atque ampla curvatura, in priora procedunt[2], iis partibus crassa & valida; paullatimque ad se mutuo recurvantur, partibus tenuioribus, & primo angustis, deinde insigniter latescentibus, quae *ossa Pubis*[3] appellant; donec a priori parte per interpositam cartilaginem crassiorem, satisque latam, ac duram, firmissime conglutinentur[4]. Sic cum osse

1 Vesal. ad calcem Lib. I. Fig. I.
2 Ibid. Cap. XXIX. Fig. 3. ab A, per N, O versus.
3 Ibid. ab O, u versus. conf. Tab. I. trium ad fin. Lib. I.
4 Ibid, Tab. I. ad fin. Lib I. 5.

osse sacro imam plane stabilem spinae partem faciunt, ac simul summam, eamque amplam, & cavam, ac fere orbiculatam, pelvis oram : privatimque insuper pubis ossa musculos stabiliunt; & oblonga quidem acutaque eminentia [6], quam a superiori parte habent, Pectinaeos, partimque Transversos abdominis; parte autem priore, eaque gibbera & capitulata sinuataque [7], Rectos, Pyramidales, & Obliquos abdominis; intrinsecus Levatores ani magnos.

5 Ibid.
6 Ibid. Cap. xxix. Fig. 3. O.
7 Ibid. Fig. 1. & 2. juxta u.

187. Media fere pars ista a utriusque coxarum ossis arcuata, insigniter deorsum, ac simul nonnihil in priora, & introrsum, protracta, *Ischion*, id est ipsa *Coxa*, est [1]. Id a latere positum, & primo amplum, crassumque & va- a 186.

1 Vesal. Lib. 1. Cap. xxix. Fig. 3. ab N. O. ad k Φ. & Fig. 2. à. c. V, ad l. Φ.

valens[2], ab exteriori parte tota ſinum (cui *acetabuli* nomen) habet, qui recipit caput femoris, mobili quoquoverſus articulo, firmatoque capſa membranacea valida, quae ex margine acetabuli externo, ea de cauſſa inaequabili, orbicutim enata, ad femur tendit. Ac ſinus ille maximus & fere rotundus eſt. Ejus autem ſuperficies[4] lunata, eaque ſatis ampla, & ab extrema ſinus ora interiora verſus aliquantum exporrecta, atque in medio latior, extrema verſus anguſtata, cornubusque ſuis, ſatis inter ſe disjunctis, ad partem acetabuli eamdem & priorem & nonnihil inferiorem deſinens, ac tota aequabilis, cartilagine laevi cruſtata ſola eſt, ſolaque & in femoris capite innititur, & ad id verſatur. At vero reliqua ejusdem iſtius ſinus pars altius opportune cavata eſt[5], ipſa inaequabilis aſperaque, cum ad locandam glandulam muciparam ita, ut &

a

2 Ibid Fig. 2. & 3. à c. V. ad k. r.
3 Ibid. Fig. 1. & 2. e. f. g.
4 Ibid. e. f.
5 Ibid. g.

a femore, ſive quieſcentibus oſſibus hiſce, ſive motis, plane comprimi nequeat, & tamen leviter quaſi emulgeatur, tum ad educendum ligamentum, dictum *teres*: ad quae ut vaſa adrepere poſſent, ipſum acetabulum inter ſuperficiei iſtius laevis cornua inſigniter deficit, & quaſi diminuitur [6], vaſa tutiſſime admittens. Atque ut acetabulum caput femoris exquiſitius retineat, ſimulque extrema ejus ora, cum opus eſt, cedat, cartilagineo quaſi ligamento, orbiculatim orae ejus adnexo, ipſiusque illius orae defectum ſupplente [7], & in tenue deſinente, ac caput femoris arcte complectente, augetur. Idemque denique ſinus maximam quidem partem in latera, & ſimul aliquantum deorſum, & etiam modice priora ſpectans, ita mirifice poſitus eſt, ut coxa cum toto trunco, in erecto, aut ad priora, aut ad poſteriora, aut ad latera inclinato, ſuper femur niti queat, atque eadem coxa ſuper femur inclinari, ad

6 Ibid. h.
7 Euſtach. Tab. XXXV. 31 ÷ 43. & 24 $\frac{1}{2}$ ÷ 43.

ad priora quidem in angulum valde acutum, ſatis quoque inſigniter ad latus externum, & etiam nonnihil ad poſteriora, iisdemque plane modis femur ad coxam flecti, poſſit.

Iſchia intrinſecus modice cavata & aequabilia [8], pelvis laterum partem faciunt.

8 Ibid. Fig. 3. inter c. O. r. k.

a 187. 188. Sub acetabulis[a] aliquantum deorſum, modiceque in priora & ſimul leviter extrorſum, tendunt *iſchiorum tubera*[1]; quae anguſtiora, craſſa tamen & valida, ſedentis truncum ſuſtinent; atque poſteriora & etiam inferiora verſus craſſeſcentia, in ſuperficiem quaeque deſinunt amplam, oblongam, gibbam, & inaequabilem [2], a qua capita Seminervoſi, Semimembranoſi, Bicipitis longum, unumque Tricipitis, oriuntur: eademque

1 Veſal. Lib. 1. Cap. xxix. Fig. 2. & 3. ab r. k ad Φ.

2 Ibid. Fig. 2. m. n. o.

que porro tubera exteriori parte sua Quadrato femoris, interiori autem Gemellis, aliisque ani & urethrae musculis originem praebent.

189. Ima vero ischiorum tubera [a] a priori parte tota paullatim in ossa [1] abeunt tenuia, utrimque plana, nec admodum lata, ac sursum oblique in priora, & simul se mutuo versus [2], ad pubis ossium [b] partes easdem & priores & imas procedentia, cum iisque confluentia. Haec fundamenta sunt corporibus cavernosis penis (aut clitoridis) eorundemque musculis Erectoribus; tum & Gracilibus tibiae, ac Tricipitibus: simulque *magnum* ex eo cujusvis coxarum ossis *foramen* [3] fit, quod membrana occlusum, originem utrimque margine suo praestat Obthuratoribus femoris musculis.

a 188.
b 186.

1 Vesal. Lib. I Cap. XXIX. Fig. I. 2. & 3. t.
2 Ibid. Cap. ult. Fig 1. Eustach. Tab. XLIII.
3 Vesal. l. c. Cap. XXIX. Fig. I. 2. & 3. r.

190. Ac ne partes illae [a] sic deorsum protensae, & ab osse sacro magno se-

a 187. 188.

 jun-

junctae intervallo [1], vacillarent, liga-
mentis validis utrimque ad os sacrum
religantur; primo [2] a posteriori eadem-
b 188. que interiore inferioreque tuberis ischii [b]
c 142. parte ad ossis sacri latus [c], sub ossis istiu
cum osse iliûm commissura, pertinente
altero [3] ab *acuto processu* [4] (qui a media
posteriori eademque & interiori ischii
parte os sacrum versus aliquantum pro-
cedit, quique praeterea musculum Coc-
cygaeum, ac Levatorem ani, & unum
de Gemellis, educit) ad eandem illam
ossis sacri partem tendente.

1 Vesal. Lib. 1. Cap. ult. Fig. 2. & 3. Eustach.
Tab. XLIV. XLV.
2 Eustach. Tab. XXXVI. 17 ÷ 43.
3 Ibid. 21 ÷ 43.
4 Vesal. l. c. Cap. XXIX. Fig. 2. & 3. d.

191. Reliquae autem superiores iliûm
ossium partes [1], eaeque amplae, atque in-
trinsecus concavae [2], extrinsecus gibbae
a

1 Vesal. Lib. 1. Cap. XXIX. Fig. 3. H. K. M. N. T
S. P L K. H.
2 Ibid. ad sinistram K. K.
3 Ibid. Fig. 2.

-e majorem partem crassae, in medio au-
tem tenuiores, modice ad latera recli-
natae & quasi resupinatae sunt [4], ima-
que abdominis latera, deorsum versus
paullatim coangustata, faciunt, ad in-
testina, praesertim iliûm, erecto trunco,
sustinenda. Sed & utrumque os totum
musculis multis locum & fundamentum
praebet; nempe cava sua eademque am-
pla & leni parte [2], Iliaco interno; *dor-
so* [3] amplo & inaequabili, lineisque di-
stincto, Glutaeis, Rectoque; ora post-
eriore imaque, statim ante nexum cum
osse sacro, Iliaco externo; *Spina* [5], id
est summa ora, eaque quasi simiorbicu-
lata, a posteriori inprimis parte crassis-
sima [6], satis etiam crassa a priori [7], in
medio tenuiore [8], totaque inaequabili &
aspera, Quadrato lumborum, Obli-
quis

---

4 Ibid. Cap. ult. Fig. 1. Eustach. Tab. XLIII. XLIV.

5 Vesal. l. c. Fig. 2. Q. H. R. R. P. & Fig. 3. Q. H. L. P.

6 Ibid. Fig. 3. Q. H.

7 Ibid. P. L & Fig. 2. R. R. P. & Fig. 1. R. R.

8 Ibid. Fig. 3. ad K.

quis & Transverso abdominis, ac Glutae[o] magno medioque; ora priori, statim sub spina, Membranoso & Sartorio; capiti denique Recti, tuberculo [9] am[-] plo, oblongo, & inaequabili, quod i[n] parte eadem & priore & inferiore, pro[-] pe acetabulum, habet.

9 Ibid. Fig. 1. 2. 3. S.

192. Sic itaque facta, inter seque a[-] pta, & coagmentata ossa, Sacrum & Coxarum duo, primo fundamentum stabile sunt, quo truncus nititur; quodi[-] que suffultum pedibus, totum sub lum-bis, & super femora, cum stabilitate mo-bile est.

Deinde cum coccyge *Pelvem* [2] fa-ciunt: cavum magnum, fere orbicula-tum, interruptum, intrinsecus aequabi-le, totumque maximam partem stabile;
a 144. factum a posteriori parte ab osse sacro [a],
b 48. & coccyge [b], a lateribus ab ischiis [c], a
c 187. prio-

1 Vesal. in Tab. ult. trib. Lib. 1. Eust. Tab. XLIII. XLIV. XLV.
2 Vesal. l. c. Fig. 1. Eust. Tab. XLIII.

priori parte ab offibus pubis [d]. Hoc vero inferiori abdominis parti ftabilitatem & formam dat, ac fimul imum quafi abdominis additamentum eft, ad recipienda, transmittenda, ordinanda, & munienda magnam inteftini iliûm partem, veficam, inteftinum rectum, ac privatim in viris veficulas feminales, in foeminis vaginam uterumque cum tubis fuis & ovariis. Idemque ab inferiori parte inter ifchiorum tubera & coccygem ampliffimo hiatu patens, extremum rectum inteftinum emittit, non obftantibus ani neceffariae dilatationi ifchiorum, fatis inter fe disjunctis, tuberibus, & cedente mobili coccyge: emittit & a priori parte, fub pubis offium commiffura, urethram vafaque & nervos, hiatu anguftiore [3]: ad haec ab utroque latere, inter os facrum, iliûm, ifchion, ac ligamentum ab acuto ifchii proceffu ad os facrum pertinens, foramen [4] habet magnum, per quod ex pelvi

d 186.

3 Vefal. l. c. fub ς.
4 Ibid. Fig. 2. Euftach. Tab. XLV. 23 ÷ 43.

vi nervus iſchiadicus, cum inſigni arteria venaque, ac muſculus Iliacus externus, elabuntur: praeterea inter liga-
e 190. menta illa [e] duo & iſchii tuber utrimque relictus hiatus minor ex pelvi prodire ſinit Obthuratorem internum; qui porro, tanquam ad fixam quandam rotulam, inflectitur ad poſteriorem interioremque tuberis iſchii marginem [5], eumque per longitudinem modice ſinuatum, per transverſum vero gibbum, totum craſſum, valentem, & aequabilem: denique in ſumma utriusque magni forami-
f 189. nis [f] parte ſinus [6] eſt oblongus, & ſub pubis oſſe oblique in exteriora protenſus, vaſa nervumque transmittens. Summa autem pelvis ora utrimque ſupra acetabulum, & ante os iliûm, ſinum [7] habet levem & patulum, a muſculo Iliaco interno, & a Pſoa impreſſum: ſic & pubis os utrumque, ſupra magnum foramen, a parte ſuperiori eademque & priori, ampliter ſinuatum eſt, ſinu longio-

5 Veſal. l. c. Cap. xxx. Fig. 1. 2. 3. k.
6 Ibid. f.
7 Ibid. T.

giore[8], qui musculo Pectinaeo, ac crurali arteriae & venae, vasisque seminalibus in viris, eleganter cedit.

Postremo musculis g, qui hoc ipsum g trunci fundamentum movent, ac plerisque omnibus femorum, multis quoque crurum, ac lumborum, dorsi, costarum, abdominis, atque ipsorum humerorum, aliisque qui ad extremum intestinum rectum, ad urethram, & ad penem, aut clitoridem, pertinent, ipsique peni, vel clitoridi, stabilitatem dant. 144. 147. 148. 185. 186. 188. 189. 190. 191.

8 Ibid. V.

III. DE PEDIBUS SCELETI.

193. PEDES duo SCELETI[1], trunci fulcra, ex *columna*, hujusque *basi*, quisque constat.

1 Vesal. Lib. 1. Cap. ult. Tab. 1. 2. 3.

194. *Columna* longa est, & crassa,

&

& valentiſſima; ac fere media, in *Femur* & *Crus*, diviſa.

Vid. citat §. 193. 1.

195. Ac primo ſtatim ſub trunco unum utrimque FEMUR [1] eſt: oſſa longiſſima, craſſaque & dura & valentiſſima, apta ad totam ſuperimpoſitam trunci, capitis, & brachiorum molem ſuſtinendam, & ad ſtabiliendos multos vaſtos validiſſimosque muſculos.

1 Veſal. Lib. 1. in fin. Tab. 1. 2. & 3. A. & Cap. XXXI. Fig. 1. & 2.

a 195. 196. Horum [a] utrumque a ſuperiori parte ex craſſa cervice [1] intumeſcit, abitque in *caput* [2] magnum, globoſum, & cartilagine laevi cruſtatum, cumque
b 187. acetabulo [b] magnitudine & rotunditate congruens, & ſimiliter oblique poſitum, id eſt ſurſum introrſumque tendens: eaque

1 Veſal. Lib. 1. Cap. XXX. Fig. 1. & 2. D.
2 Ibid. A. A.

que capita in acetabula conjecta [3], & ab iis quasi comprehensa, coxas sustinere valent; atque ita, ut ipsae illae coxae super haec capita in omnem partem cum celeritate & stabilitate inclinari, & versari queant; similiterque femora ad coxas flecti vertique.

Sinum [4] praeterea utraque capita, nonnihil sub media convexitate sua, ab interiori parte habent, eumque parvum ac satis profundum & inaequabilem, cui ligamentum teres, ex acetabulo veniens, pertinacissime inseritur.

3 Ibid. in fin. Lib. 1. Tab. 1. 2. 3. Eustach. Tab. XLIII. XLIV. XLV.
4 Vesal. l. c. Cap. xxx. Fig. 1, B.

197. Ab utroque istorum [a] capitum crassa oblongaque *cervix* [1] oblique in exteriora, & quasi transversa, modice deorsum procedit, magis magisque crassescens; donec ab ea reliquum femur, angulo obtuso facto, deorsum tendat. Qua a 196.

1 Vid. citat. §. 196. 1.

Qua de caussa utrumque femur ad coxam quodque suam, etiamsi immotam, ad oppositum latus, id est, alterum femur secundum alterum insigniter flectere possumus, eodemque modo coxam utramque, super femur quamque suum, ad interiora inclinare; deinde & coxas femora totumque truncum melius sustentant [2]; eademque a superiori parte sic magis divaricata [2], locum parant multis crassisque musculis.

Extremae cervici capsa ab acetabuli
b 187. margine externo procedens [b], totumque hunc articulum complectens & firmans, inseritur, inprimis firmiter adhaerens eminentiae [3] oblongae asperaeque, quae a parte priori est.

---

2 Vesal. Lib. 1. in fin. Tab. 1. Eustach. Tab. XLIII. XLIV.
3 Vesal. l. c. Cap. XXX. Fig. 2. f.

---

a 197. 198. Porro a cervicibus illis [a] ad genua deorsum tendentia femora per longitudinem incurva sunt; a priori quidem parte gibba, a posteriori concava

va[1]: deinde ad coxas longius disjuncta, procedentia ad ſe invicem magis magisque appropinquant; quo aptiora ſint & ad ſtatum erectum, & ad inceſſum curſumque, & ad ſeſſionem: atque ut eadem illa femora, ſic oblique a cervicibus ſuis ad ſe invicem tendentia, in rectioribus tibiis inſiſtere poſſint, ab inferiori parte modice in exteriora recurvata ſunt[2].

1 Spigel. Lib. II. Tab. x. Fig. 3. Veſal. ad calc. Lib. I. Fig. 2.
2 Veſal. l. c. Cap. xxx. Fig. 1. & 2.

199 Et primo quaſi teretia, media intumeſcere incipiunt[1], ac procedendo, quo propiora cruri, eo fiunt latiora[2], donec in capita[3] duo maxima deſinant, quibus innituntur in tibiis[4]: eaque capita inſigniter craſſa ſunt, & oblonga, id eſt, a priori parte ad poſteriorem ultra

1 Veſal. Lib. I. Cap. xxx. Fig. 1. ad d.
2 Ibid à d deorſum.
3 Ibid. E. F.
4 Ibid. ad calc. Lib. I Fig. 1 2 3.

tra femur ſuum porrecta [5], & a poſteriori parte diducta [4]; tum autem tota per transverſum, & praeſertim per longitudinem gibba; at ab inferiori parte planiora, a poſteriori ſurſum incurvata [4] & rotundiora; gibbisque ſuis partibus oblique ex lateribus ad ſe invicem nonnihil directa, ac laevi cartilagine cruſtata: privatim vero caput exterius totum rectius a priori femoris parte ad poſteriorem tendit; ab eo interius primo introrſum nonnihil abſcedens, mox inde in poſteriora oblique recurvatur; ad haec exterius minus eſt, & tum ab inferiori parte, tum a poſteriori, planius & latius; interius autem totum plenius, magisque gibbum: inſidentque utra-
a 203. que tibiae ſinibus [a], facili, & tamen ſtabili, totaque ſingulari mobilitate.

Jam vero a priori parte capita illa confluunt, abeuntque in *ſinum* [6] trochleae rotulae ſinus aſſimilem, eumque amplum patulumque, & in priora ſurſum,

5 Spigel. Lib. II. Tab. x. Fig. 3.
6 Veſal. l. c. Cap. xxx. Fig. 2. H.

ſum, ac fere recta, incurvatum, ſimiliterque atque ipſa illa capita cartilagine laevi cruſtatum; inſigniter eminentibus marginibus ejus, & qua parte ſe invicem reſpiciunt, latis gibbisque, praeſertim exteriore, qui & ſurſum verſus productior. Ad hunc ſinum, & ad ipſa illa capita, in intervallo eorum, patella, cum genu flectimus, rurſumque extendimus, libere movetur.

At a poſteriori parte eadem iſta capita media quaſi ſinuata [7], totaque magno intervallo disjuncta ſunt; quo ſinu illo amplo profundoque & inaequabili recipiant ligamenta, quibus hic articulus firmatur, ſic ut ad poſteriora inſigniter flectendo genu non ſint impedimento.

Adde quod femur utrumque, ne genu ad poſteriora inſigniter inflectendo obſtaret, a poſteriori parte, ſupra prominentia capita ſua, planius, immo leviter ſinuatum ſit [8]. Quemadmodum & a

7 Ibid. Fig. 1. I.
8 Ibid. e.

a priori parte, ſupra ſinum patellae amplum & planum & quaſi ſinuatum[9] non obſtat patellae ſurſum valide trahendae.

9 Ibid. Fig. 1. ſupra G.

200. Muſculorum vero, quos femora firmant, cauſſa, utrumque primo ad extremam cervicem ſuam ab exteriori parte ſurſum verſus totum excreſcit proceſſu maximo[1], qui *Trochanter major* nominatur: is ab exteriori parte gibbus & inaequabilis[2], ea ipſa firmat Glutaeum medium minimumque; firmat & Iliacum externum, parte ſuperiori; poſteriori autem Quadratum; ab interiori parte inaequabiliter ſinuatus[3], locum parat inſertioni Obturatoris externi internique cum Gemellis; totusque vim Glutaei maximi auget. Deinde a poſteriore eademque inferiore extremae cervi-

1 Veſal. Lib. 1. Cap. xxx. Fig. 1. & 2. Q. R. S. X. Y.
2 Ibid. Fig. 1. S. Y. & Fig. 2. V. X. Y.
3 Ibid. Fig. 1. R.

icis parte ex femore eminet *Trochanter minor*[4], tuberculum oblongum, gibbum, nonnihil introrſum tendens, ac Pſoam & Iliacum internum excipiens. Ipſum porro femur a poſteriori parte, fere tota longitudine ſua, inſertionem praebet muſculis validiſſimis, Glutaeo maximo, Tricipiti, Pectinaeo, Vaſtis, ducitque caput Bicipitis breve, ab iis ipſis in eminentias oblongas & inaequabiles gibberasque[5], per longitudinem ſuam, a trochanterum radicibus recta deorſum, protractum. At reliquum femur, quod fere Cruraeus Vaſtique occupant, ſatis aequabile eſt. Capitibus denique inferioribus inſertionem tendini Tricipitis, Gemellis vero, Plantari, & Poplitaeo originem praeſtat.

4 Ibid. Fig. 1. & 2. a.
5 Ibid. Fig. 1. T. T. c. c. d. d.

201. Crus autem eſt ex oſſibus duobus[1]; nempe ex *Tibia*[2], & *Fibula*[3].

202.

1 Veſal. Lib. 1. Cap. xxxi. Fig. 1. & 2.
2 Ibid. Fig. 3. & 4.
3 Ibid. Fig. 5. & 6.

202. TIBIA femur ſuſtinet, ipſa in pede extremo innixa: os praelongum, ſed femore brevius, craſſum valensque[1].

1 Vid. citat. §. 201. 2.

203. Igitur a ſuperiori parte inſigniter tumens, vertice ſummo[1] planiore baſis lata & idonea capitum femoris
à 199. init. eſt: leviterque capita illa recipit *ſinibus*[2] convenientibus & modice disjunctis duobus, iisque valde levibus, interiore[3] tamen profundiore, & medio ſuo fundo rotundiore, exteriore[4] in medio leviſſime ſinuato, a priori vero parte, & praeſertim a poſteriori, quodammodo gibbo, utrisque autem oblongis & quaſi ovatis, & a priori tibiae parte ad poſteriorem pertinentibus, atque etiam nonnihil oblique poſitis, id eſt, a medio tibiae in latera declivibus lae-

1 Veſal. Lib. I. Cap. XXXI. Fig. 7.
2 Ibid. F. G.
3 Ibid. F.
4 Ibid. G.

laevi denique cartilaginea crusta opertis. Atque eo non modo femur in tibia recte firmiterque insistere potest; sed etiam genu, ex his juncturis factum, in posteriora ad angulum valde acutum flecti, rursumque extendi: insuperque tibia, genu, praesertim ad angulum rectum, flexo, ad femur satis insigniter, maxime extrorsum, converti, & restitui rursus; tibia scilicet tunc se suo interiore sinu ad posteriorem partem interioris [b] femoris capitis, quasi circum axem suam, inprimis nonnihil vertente; [b] 199. init.
exteriori autem, ad posteriorem itidem partem exterioris [b] femoris capitis praesertim describente arcum exiguum: simulque ipsa ossium, e quibus articuli illi fiunt, figura non facile concedit, ut genu multum in priora, aut in alterutrum de lateribus, sive extensum sive flexum, inflectatur; neque ut tibia, extenso genu, ad femur convertatur.

Quem etiam ad finem ligamentis ossa illa singularibus firmantur: primo crasso & valente, e posteriore eademque inter sinus istos [c] media tibiae [c] Huj. in.

d 199. med. parte [5] enato, & fundo ſinus [d], qui capita femoris disjungit, inſerto; ſicque & tibiam ad femur religante, & impediente, ne femur & tibia ex extenſis in priora admodum flectantur: multum etiam adjuvantibus, & ne genu in alterutrum laterum inflectatur, aut extenſo genu tibia ad femur convertatur, impedientibus ligamentis duobus validis longisque, quae a femoris capitum lateribus externis procedentia, cruris ſummis lateribus inſeruntur, & quidem tota nonnihil ſecundum poſteriorem laterum iſtorum partem deducta: itaque ſimul non obſtant genu in poſteriora flectendo; laxatis tunc ligamentis iſtis lateralibus, medio autem in poſterius
e 199. femoris capitum intervallum [e] admiſſo, & retinente oſſa: quin & flexo genu, tibiae ad femur converſionem permittunt; tunc inſuper caput femoris exterius ipſamque mediam tibiam inprimis retinente ligamento craſſo & robuſto, quod ex ſumma medii tibiae tuberculi [6] parte, jux-

5 Ibid. Fig. 2. 4. 7. K.
6 Ibid. I.

juxta ſinum interiorem, enatum, lateri interno capitis femoris exterioris inſeritur. Praeterea utrumque illum articulum, totumque adeo genu ambit & includit capſa membranacea valida, quae ex interiori ſua parte, utrimque e regione ſummae tibiae, abit in *cartilagines ſemilunares*[7]: hae primo craſſae[8], interiora, id eſt, mediam tibiam verſus procedendo extenuantur, & mox in acutum deſinunt[9]; totae ſupra ſummos tibiae ſinuum margines ab exterioribus partibus prorepentes[10], iisdemque aptiſſime & proxime, laxe tamen, adjunctae, ac cornubus[11] ſuis, in fibroſa ligamenta deſinentibus, nexae mediae inter ſinus inaequabili parti tibiae: exteriore quidem cartilagine, ſuo priore cornu inſerta ſinui, qui ſtatim ante tuberculum

7 Ibid. Fig. 8. & J. B. Morgagni Adverſ. anat. II. Tab. Fig. 4. C. D.
8 Veſal. l. c. N. N. Morgagn. l. c. Fig. 5. f. g.
9 Veſal. l. cit. O. O. Morg. l. c.
10 Morgagn. l. c. Fig. 4.
11 Ibid. Fig. 5. e. e.

culum tibiae medium eſt; cornu autem poſteriore, ſummo tuberculo iſto, & ſaepe etiam ipſi capiti interno femoris, qua id ſinum ſpectat, producto ligamento: interiori vero cartilagine, ſuo priori cornu, tibiae leviter & inaequabiliter ante ſinum ejus interiorem ſinuatae; poſteriore denique, radici internae medii tibiae tuberculi: quapropter exterioris cartilaginis cornua magis ad ſe invicem recurvata ſunt [12]; quae & in ligamenta longiora vertuntur: utraeque autem laeviſſimae ſunt, & a ſuperiori parte inprimis cavae [13]; totae mobiles, praeſertim exterior: itaque augent ſinus tibiae [14], quo melius recipiant femoris capita; ipſae tamen capitibus illis motis cedentes, iisdemque ſeſe accommodantes.

---

12 Ibid. Fig. 4. conf. inter ſe D. & C.
13 Ibid.
14 Ibid.

---

204. Deinde ut tendinis genu extendentium muſculorum vis ad flexum genu

nu extendendum major eſſet, & femoris capitum intervallum, flexo genu, venuſte expleretur, atque etiam ne quid idem ille tendo crebro & vehementi, quoties genu flectimus rurſumque extendimus, capitum femoris intervalli attritu detrimenti acciperet; natura ad extremum femur a priori parte appoſuit os[1] parvum, quodammodo orbiculatum, craſſum, durum, penſile, prorſus mobile, & ad ipſum illum genu articulum pertinens: PATELLAM vocant. Eaque tibiae ſumma eademque prior quaſi pars eſt; ad quam, per ſe quidem ſoluta, religatur ligamento longo lato craſſo valente, quod a parte tibiae eadem & ſuperiore & priore & media, eaque modice protuberante[2], ſurſum ad patellam tendit, ejusque imae & in mucronem plerumque migranti parti[3] inſeritur: tota quoque cum ligamento iſto capſae genu ambienti undique innexa. Huic

1 Veſal. Lib. I. Cap. XXXII. Fig. I. & 2.
2 Ibid. Cap. XXXI. Fig. I. & 3. B.
3 Ibid. Cap. XXXII. Fig. 2. E.

Huic igitur musculi genu extendente inseruntur; a superiori parte Cruraeu & Rectus, a lateribus Vasti: sic magi firmatur. Jam vero genu, quantum ma xime potest, flexo, insidet intervallo ca pitum femoris prope tibiam, in ima ca pitum illorum eademque intervallo pro xima parte innixa. At cum genu ex fle xo extendimus, patella, ab extenden tibus tibiam musculis truncum corpori versus tracta, circum extremum femur a 199. in capitum ejus intervallo sinuque [a], tan quam in trochleae rotulae sinu, paulla tim vertitur; sequente tibia, & paulla tim extenso genu: donec plane extenso & firmato genu, patella supra femori b 199. fin. capitum sinum pertracta, ibidem [b] fe mori leniter adsideat; id permittente li gamenti patellam tibiae nectentis longi tudine: rursumque per eandem viam pa tella redit, cum genu flectimus, tibiam sequens. Eamque ob caussam a poste riori parte [4], qua ad femur applicatur lata est, & lenis, & laevi cartilaginea cru-

4 Ibid. A.B.C.D.

cruſta operta; atque femoris capitum intervallo ſinuique congruit, id eſt, ex lateribus ejus eminentia media oblonga gibbaque [5] ſurgit, ipſa latera ampliora & leviter ſinuata [6] ſunt, praeſertim exterius [7]. Tota autem, quia a tibia ſoluta, ſe cum ligamento ſuo ad femur, genu ſive extenſo, ſive ad quemcumque demum angulum flexo, quam ſcitiſſime accommodat: atque nec genu extenſioni, in priora quinetiam, quamvis levi, flexioni, nec tibiae, flexo in poſteriora genu, converſioni quicquam obſtat.

5 Ibid. A. B.
6 Ibid. C. D.
7 Ibid. D.

205. Tibia a genu [a] rectius deorſum a 203.
procedens, magis magisque atque inſigniter gracileſcit [1]: at ab inferiori parte, quo cum talo committi commode poſſit, rurſum paullatim ac modice intu-

1 Veſal. Lib. 1. Cap. xxxi Fig. 3. ab I. ad δ. ε. inferiora. & Fig. 4. ab F. G. ad δ. ε. inf.

tumeſcit[2]; donec ſua ima parte praeſe[...] tim deſinat in *ſinum*[3] levem, amplum quodammodo quadrangulum; a prio[...] parte tibiae usque ad poſteriorem mo[...] dice & aequabiliter concavum; per trans[...] verſum vero in medio eminentiore[...] gibbumque[4], ad utrumque latus modi[...] ce ſinuatum[5]; totum a priori tibiae par[...] te in poſteriorem aliquantum declivem & laevi cartilagine cruſtatum; qui i[...]
b 219. ſumma tali parte[b] inſiſtit, laxa mobili[...] tate.

Ab utroque hujus latere deorſu[...] protenduntur *Malleoli*[6], articulum iſtu[...] firmantes. Ac primo quidem inferio[...] tibiae pars ab interno latere, ibique ma[...] xime a priori parte, paullatim mag[...] magisque intumeſcens[7], tandem abit i[...] proceſſum[8] amplum, craſſum, valen[...] tem[...]

---

2 Ibid. à δ. ε. inf. deorſum.
3 Ibid. Fig. 9. & 10. f. d. e.
4 Ibid. d.
5 Ibid. e. f.
6 Ibid. Fig. 9. i. n. & ſic Fig. 1. E. Φ. & Fig. [...] i. n.
7 Ibid. Fig. 2. ad m. & ſic Fig. 3.
8 Ibid. & Fig. 9. & 10. i.

tem, quem *malleolum internum* dicimus: is aliquantum deorſum, & ſimul etiam oblique nonnihil introrſum procedens[8], ad latus tali internum [c] admovetur[9]; ea parte quodammodo ſinuatus[10], ac perpetua cum ſinu tibiae cartilaginea cruſta opertus. Quod deinde ab altero ſinus illius [d] latere *fibula* praeſtat; quam recipit extremae tibiae latus internum, amplum, totum per transverſum ſinuatum[11], & oblique poſteriora ſpectans. c 219. d Huj. init.

9 Ibid. in fin. Lib. 1. Tab. 11. in ſiniſtro crure, φ.
10 Ibid. Cap. XXXI. Fig. 10. e.
11 Ibid. Fig. 4. & 10. S.

206. Etenim ad tibiam additamenti inſtar ab externo latere FIBULA admota eſt[1]: ea ſimiliter oblonga, ſed multo gracilior & debilior; extremis utrimque capitibus tumida, media tenuis[2].

207.

1 Veſal. Lib. 1. Cap. XXXI. Fig. 1. & 2.
2 Ibid. Fig. 5. & 6.

A 2

207. Hujus caput ſuperius [1], a ſuperiori ſui parte ſuperficiem [2] habet amplam, leviter ſinuatam, & laevi cartilagine cruſtatam, ſurſumque ac ſimul introrſum, tibiam verſus, ſpectantem: qua ad tibiam, ſtatim ſub junctura genu, adplicatur [3]; nempe ad partem tibiae eandem & poſteriorem & exteriorem [4], ob id modice prominentem, ac deorſum oblique ad poſteriora exterioraque ſpectantem, totamque leviter gibbam, & cartilagine laevi cruſtatam: ipſum porro ad tibiam ibidem ligamentis religatum, ſic ut immobile ſit.

1 Veſal. Lib. 1. Cap. xxxi. Fig. 1. C.
2 Ibid. Fig. 5. Q.
3 Ibid. Fig. 2. V.
4 Ibid. Fig. 4. R.

208. Inde gracileſcens deorſum procedit [1], tota a tibia disjuncta [2]: & primo rectior, dein tibiam verſus nonnihi recurvatur: jamque inferiori parte rurſus

1 Veſal. Lib. 1. Cap. xxxi. Fig. 1. 2. 5. 6.
2 Ibid. Fig. 1. & 2.

ſus plenior; eaque recipitur in ſinum[3], qui a latere tibiae[a] eſt; ibidem quoque ad tibiam valide firmiterque religata: ultra tibiam denique longius procedens, in *malleolum externum* migrat[4]; qui admodum craſſus, & interno longior, ad latus tali[b] externum admovetur[5], ſuperficie ampla, aequabili, leviter gibba[6], & laevi cartilagine cruſtata.

a 205.

b 210.

3 Ibid. Fig. 2. X. & Fig. 1.
4 Ibid. Fig. 1. E. Fig. 2. & 9. n.
5 Ibid. in fin. Lib. 1. Tab. 2. in dextro crure, χ.
6 Ibid. Cap. XXXI. Fig. 10. & 11. h.

209. Crus itaque extremum inprimis in *ſinum*[1] illum[a] deſinit; quo innititur in talo[2], id eſt, in pede extremo; ad eum ligamentis a priori & a poſteriori parte alligatum. Et articulus ille mobilis eſt: ac *malleolis*[b] utrimque deorſum protenſis[3] firmatur; qui & ipſi ligamentis

a 205. init.

b 205. fin. & 208

1 Veſal. Lib. 1. Cap. XXXI. Fig. 9. e. d. f.
2 Ibid. in fin. Lib. 1. Tab. 1. & 3.
3 Ibid. Cap. XXXI. Fig. 9. i. n. conf. ibid. Tab. ult. tres Lib. 1.

tis firmantur, atque ad talum religantur; uno a parte malleoli interni ima ſinuataque[4], altero a parte externi eadem & interna & poſteriore & inferiore ſinuataque[5], ad talum tendente. Ex quo crus in pede extremo inſiſtit ſtabili
c 219. certaque [c] mobilitate. Adde quod articulus iſte totus oblique ad crus ponitur, id eſt, ſinus ille a poſteriori tibiae parte ad priorem non recte, ſed ſatis inſigniter extrorſum tendit; eaque de cauſſa malleolus quoque internus prior eſt, externus poſterior: ſcilicet ut pes extremus a crure extrorſum vergeret.

Malleoli extrinſecus gibbi, protuberant.

4 Ibid. Cap. xxxi. Fig. 4. & 10. k.
5 Ibid. Fig. 2. 6. & 11. r.

210. Caeterum utraque illa oſſa, medio ligamento lato tenui valente conjuncta[1], primo inſertionem crus moventibus muſculis praebent. *Tibia* ſcilicet latere ſuo interno, & quidem hujus par-

1 Veſal. Lib. ii. Cap. i. a.

parte ſuperiori, Sartorio, Gracili, Seminervoſo, Semimembranoſo; deinde *eminentia*[2] oblonga & inaequabili, quae in poſteriore eademque ſuperiore ejus parte oblique exporrecta, Popliteo. *Fibula* autem Bicipiti, ſui capitis ſuperioris exteriore & inaequabili parte[3]. Deinde locum, ſtabilitatem, & originem praeſtant multis magnisque muſculis, ad pedem extremum, & ad digitos ejus pertinentibus; ab iis ipſis maximam partem figurata. Ac *tibia* in triangulam quodammodo figuram formata eſt: interno latere[4] ampla inſigniterque gibba, & fere tota a muſculis libera: exteriori[5], quo fibulam ſpectat, ſimiliter ampla, ſed planior & fere ſinuata, cedens accumbentibus muſculis, Tibiaeo antico, Extenſori digitorum pedis longo, itemque pollicis: poſteriori[6] non valde depreſſa, ſed gibba, firmansque Fle-

2 Veſal. Lib. 1. Cap. XXXI. Fig. 2. & 4. κ.
3 Ibid. Fig. 5. & 6. c.
4 Ibid. Fig. 1 & 3. η. inter γ. γ. ε. ε.
5 Ibid. ζ. inter γ. γ. δ. δ.
6 Ibid. Fig. 2. & 4. θ. inter δ. δ. ε. ε.

Flexorem digitorum longum, & Tibiaeum posticum, Soleumque. Sic & *fibula* quasi triangula est, & varie compressa; internoque [7] latere suo, tibiam spectante, originem praebet ceditque Extensori digitorum pedis, atque etiam pollicis longo: externo [8] autem amplo & majorem partem sinuato, Fibulaeis; posteriori [9] denique, Flexori pollicis longo. Ad haec tibiae posterior imaque pars, prope malleolum internum, itidemque posterior malleoli externi pars, *sinus* habent oblongos, a tendinibus musculorum, pedem extremum petentium, impressos; hunc [10] quidem a Fibulaeis, illos [11] autem a Tibiaeo postico & a Flexoribus longis digitorum pollicisque pedis.

7 Ibid. Fig. 1. & 5. x. x. inter f. f. t. t.
8 Ibid. α. α. inter f. f. u. u.
9 Ibid. Fig. 2. & 6. β. inter t. t. u. u.
10 Ibid. q. q.
11 Ibid. Fig. 2. 4. 10. m.

211. Hujus columnae basis *Pes extre-*

tre-

tremus[1] eſt; qui e *Tarſo*[2], *Metatarſo*[3], & ex *Digitorum oſſibus*[4], conſtat.

1 Veſal. Lib. 1. Cap. xxxiii. Fig. 1. & 2.
2 Ibid. Δ. Γ. Θ. 1. 2. 3. 4.
3 Ibid. i. ii. iii. iv. v.
4 Ibid. tota reliqua extrema pedis pars.

212. TARSUS e ſeptem oſſibus, in duos ordines compoſitis, fit. Primi *Calcaneus*[1] eſt, cum *Talo*[2]: ſecundi *Naviculare*[3], *Cuneiformia* tria[4], & *Cubiforme*[5].

1 Veſal. Lib. 1. Cap. xxxiii. Fig. 1. & 2. Δ.
2 Ibid. Γ.
3 Ibid. Θ.
4 Ibid 1. 2. 3.
5 Ibid. 4.

213. CALCANEUS os maximum inter ſeptem illa eſt, oblongum, craſſumque[1]. Incipit autem admodum craſſo *tubere*[2], quod proprie calcem facit, ac ſua

1 Veſal. Lib. 1. Cap. xxxiii. Fig. 7. 8. 9.
2 Ibid. Fig. 2. 8. 9. c.

ſua ima[3] latiore & planiore parte in ter-
ra inſiſtit; ſimulque valentiſſimum, qu
totum extremum pedem in poſteriora fle-
ctit, tendinem achillis & plantaris muſ-
culi excipit & firmat, parte ſua poſtica[4]
modice gibba & inaequabili.

3 Ibid. Fig. 2. Y. Z. & Fig. 8. Y. Fig. 9. Z.
4 Ibid. Fig. 8. 9. c.

214. Inde gracilior in priora proce-
dit[1], ſuum extremum multo graciliu
habens[2], deſinensque in ſuperficiem
amplam, aequabilem, planiorem, per
transverſum leviter gibbam, ſecundum
altitudinem ſuam modice concavam, lae-
vi cartilagine cruſtatam, ad priora &
nonnihil oblique introrſum ſpectan-
a 228. tem; cum qua os Cubiforme[a] mobil
committitur[4] junctura.

1 Veſal. Lib. 1. Cap. XXXIII. Fig. 8. & 9.
2 Ibid. Fig. 8. ante R. V. & Fig. 9. ante R. g.
3 Ibid. Fig. 7. & 9. i.
4 Ibid. Fig. 1. inter g. & 4. & ſic Fig. 2.

a 218. 215. Is vero, ut talum[a] recte ſuſti-
neret

neret, a ſuperiori & eadem priori parte profunde quaſi exſectus eſt[1]: ac deinde ibidem primum medius fere abit in *caput*[2] magnum, oblongum, & per longitudinem ſuam gibbum, atque a ſuperiori calcanei parte deorſum & ſimul oblique in exteriora exporrectum, opertumque laevi cartilaginea cruſta, ac totum oblique in priora & ſuperiora directum; quod in ſinum [b] tali recipitur. b 218. init.
Deinde ad priorem capitis illius radicem altius *ſinuatus* eſt[3], ad recipiendum & ſuſtinendum imum ejusdem tali tuberculum [c]. c 218. med.

Ab interna etiam capitis iſtius ſinusque [d] parte in latus aliquantum, & ſimul nonnihil oblique in priora, procedit, augeturque parte ſatis lata[4], ſed tenui; quae ſimiliter, atque caput illud, poſi- d Huj. init.

1 Veſal. Lib. I. Cap. XXXIII. Fig. 7. 8. & 9. ante P. V. R.
2 Ibid. P.
3 Ibid. ſtatim ante P.
4 *A ſuperiori parte*, ibid. Fig. 7. V. R.
Ab inferiori, ibid. Fig. 2. e.

posita, sustentaculum cervicis tali est,
e 218. med. eamque [e] recipit *sinu* [5] levi, oblongo, ovato, & cartilagine laevi crustato, quem a superiore parte, ad ipsum extremum suum, habet.

Eandemque cervicem [e] insuper sustinere calcaneus solet, *sinu* [6] levissimo & laevi cartilagine crustato, qui plerumque in parte ejus eadem & superiori & priori & ad internum latus est.

5 Ibid. Fig. 7. 8. 9. R.
6 Ibid. Fig. 7. h.

216. De reliquo externum [1] calcanei totius latus amplum est, planius, inaequabile, tuberculatum, sinuatum; educitque Abductorem digiti minimi, & Extensorem digitorum brevem; ac sustinet tendinem Fibulaei longi, eminentia exigua. Internum [2] vero, totum insigniter sinuatum, tendinibus Tibiaei postici, Flexoris digitorum, itemque pollicis, longi, arteriae venaeque & nervo ac

1 Vesal. Lib. 1. Cap. XXXIII. Fig. 9. f. g.
2 Ibid. Fig. 8. d. e.

ad plantam tendentibus, locum parat, atque Abductorem pollicis educit. Tum denique calcaneus sua inferiore parte primo sinuatus est [3], ad educendum & locandum Flexorem digitorum pedis brevem: deinde ad priorem suam eandemque interiorem partem *tuber* [4] habet oblongum, a quo praecipue ligamentum per plantam pedis excurrens, quodque pleraque ejus ossa colligat, oritur [a]. a 242.

3 Ibid. Fig. 2. X.
4 Ibid. ante X.

217. Inter extremum crus calcaneumque TALUS, ad utrumque pertinens, medius interjectus est: is calcaneo minor, tumidulus, multiformis.

Vesal. Lib. 1. Cap. XXXIII. Fig. 3. 4. 5. 6.

218. Talus, ut in calcaneo insisteret certa lege mobili ac simul stabili articulo, primum inferiore & eadem posteriore

eriore sui parte sinuatus est [1] : *sinus*que
a 215. in. ille recipit [2] calcanei caput [a]; ob id amplus, oblongus & quasi lunatus, ac per longitudinem suam concavus, & a superiori pedis parte deorsum simulque extrorsum oblique exporrectus; laevi cartilagine crustatus; retrorsum deorsumque spectans; totusque capiti calcanei congruens, nisi quod superiori parte sua angustior sit.

b Huj. in. Deinde ad extremum sinum istum [b], a priori parte ejus, atque adeo in latere pedis externo, desinit in *processum* [3] deorsum tendentem & paullatim gracilescentem, qui, hac tali calcaneique junctura in exteriora, quantum potest, flexa, sinui [c] calcanei insidet [4], extremo
c 215. in. retuso, crassiore, a priori parte gibbo, aequabili, & cartilagine laevi crustato.

Tum autem ipse talus priorem partem

1 Vesal. Lib. 1. Cap. XXXIII. Fig. 4. Q.
2 Ibid. Fig. 1.
3 Ibid. Fig. 6. K.
4 Ibid. Fig. 1. inter r. g.

tem ſuam exeuntem in *cervicem*[5] latam
craſſamque habet, quae in priora mo-
diceque introrſum, atque ad latus prioris
calcanei partis, ſed ea ſublimius, vergens[6],
ima ſui eademque poſteriori parte abit in
tuberculum[7] leviter eminens, oblongum,
ovatae figurae, per longitudinem levi-
ter gibbum, & laevi cartilagine oper-
tum, quo in ſinum [d] calcanei recepto d 215. med.
nititur. Quin & cervix illa priori parte
ſua plerumque innititur priori calcanei
parti [e]. e 215. fin.

Atque hos articulos ligamenta valida
firmant; quae a calcanei media inter ca-
put [f] ejus ſinumque [g] ſinuata & inaequa- f 215. in.
bili parte[8] ad talum procedunt, ejusque i- g 215. med.
tidem mediae inter ejus ſinum [h] capitu-
lumque [i] ac profunde ſinuatae parti[9] h Huj. in.
inſeruntur. Ex quibus obliqua in utrum- i Huj. fin.
que latus, praeſertim in internum, mo-
bilitas talo, atque adeo toti cruri, ſu-
per

5 Ibid. Fig. 3. 4. 5. 6. N.
6 Ibid. Fig. 1.
7 Ibid. Fig. 4. S.
8 Ibid. Fig. 7. 8. 9. V. V.
9 Ibid. Fig. 8. T. T.

per calcaneum eſt; ſimiliterque calcaneo ſub talo.

219. Jam talus a ſuperiori parte nihil niſi *tuber* [1] magnum eſt. Id vero quodammodo quadrangulum, ſed a priori parte ſua latius, inde poſteriora verſus paullatim anguſtius [2]; vertice ſuo a priori parte usque ad poſteriorem inſigniter gibbum, & quaſi orbiculatum; per transverſum vero in medio, & maxime in ſumma parte, leviter ſinuatum [3], ad utrumque latus gibbum [4]: ipſis lateribus ſuis planius; & internum [5] quidem ad ſummam oram, praeſertim a priori parte, aequabile ac leviter gibbum eſt; externum [6] vero multo amplius, id eſt, deorſum verſus productius, totumque ſecundum altitudinem ſinuatum, per transverſum leniter gibbum. Ac tuber illud totum laevi cartilagine cruſtatum,

tum,

1 Veſal. Lib. 1. Cap. XXXIII. Fig. 3. 5. 6. A. B. C. D.

2 Ibid. Fig. 6. ab A. C. ad B. D.

3 Ibid. Fig. 3. E. E.

4 Ibid. F. F.

5 Ibid. Fig. 5. G.

6 Ibid. Fig. 6. H.

tum , ſinui tibiae [a] malleoliſque [b] con- gruit; eo tamen ſinu in priorem & in poſteriorem partem productius : perque ſinum extremi cruris [c] recipitur , & u- trimque quaſi comprehenditur. Qua- re crus ſuſtinet , mobili articulo ; & quidem flectendo in priora , rurſum- que, immo vero inſignius, in averſum; eoque ligamentis firmato, quae ab ima tibia & a malleolis [d] ad talum tendunt, atque hujus ipſius tuberis inaequabili ſi- nuataeque radici inſeruntur, praeſertim a priori parte, & a lateribus [7].

a 205. init.
b 205. fin. & 208.
c 209.
d 209.

Talus ad poſteriorem radicem iſtius tuberis ſinuatus [8] eſt, tendineſque ad in- ternum calcanei latus deducit.

7 Ibid. Fig. 5. I. & Fig. 6. K.
8 Ibid. Fig. 6. L. M.

220. Ipſa denique cervix [a] mox deſi- nit in *caput* [1] magnum, gibbum, oblon- gum, fere transverſum, hoc eſt, ab ex- terno tali latere ad internum, ſimulque mo-

a 218. med.

1 Veſal. Lib. 1. Cap. XXXIII. Fig. 3. 4. 5. 6. O.

modice deorſum, exporrectum; partim prorſum, partim etiam ad latus inter- num pedis ſpectans; totum autem non nihil oblique in terram directum, lae- vique cartilagine cruſtatum: cujus pars prior committitur [2] cum oſſe navicula-
b 222. ri [b], mobili junctura; reliqua autem infe- rior ac pedis latus internum ſpectans
c 222. ſuſtinetur [c] a ligamento, quod a calca- neo ad naviculare pertinet.

---

2 Ibid. Fig. 1. & 2. inter Γ. & Θ.
3 Ibid. Fig. 2. Γ.

---

a 212. 221. Altero tarſi oſſium ordine [a], ad metatarſum usque pertingente, pes ex- tremus in priora longior fit, latior- que.

222. Ac cum talo committitur OS NAVICULARE [1], parvum, craſſum, oblongum, transverſum, figura navi- culae. Hujus igitur pars poſterior tota profunde ſinuata eſt [2], & cartilagine laevi cruſtata, apteque congruit capi- t

---

1 Veſal. Lib. 1. Cap. XXXIII. Fig. 10. & 11.
2 Ibid. Fig. 11. k.

i[a] cervicis tali; cujus priorem partem recipit[3], articulo quoquoverſus quidem nonnihil mobili, ſed maxime tamen in latus pedis internum; indeque rurſus in externum: eumque ligamenta undique firmant; praeſertim latum valensque, quod a calcanei parte eadem & interna & priore, mediaque inter juncturas ejus cum cubiformi & cum talo, oriundum, ſub capite tali in priora procedit, inſeriturque inferiori marginis ſinus osſis navicularis parti; id namque pede in terram innixo, preſſoque corporis pondere, os naviculare ad calcaneum alligatum retinet, ac caput tali[b] ſuſtinet. b 220.

a 220.

3 Vid. citat. §. 220. 2.

223. At contra prior oſſis navicularis pars gibba[1] eſt; ſed diſtincta, & ex tribus ſuperficiebus[2] planioribus, ac perpetua cartilaginea laevique cruſta opertis, conſtans; ad quas tria cunei-
for-

1 Veſal. Lib. I. Cap. XXXIII. Fig. 10. l. m. n.
2 Ibid.

a 225. formia [a], singula ad singulas, admot[a] sunt. [3]

3 Ibid. Fig. 1. & 2. inter Θ. & 1. 2. 3.

224. Ab osse naviculari tria CUNEI[FORMIA] FORMIA [1] in priora ad ipsum metatar[sum] procedunt [1]. Ea praecedentibu[s] minora sunt: at *primum* [2] inter illa ma[ximum]; *secundum* [3] minimum; *tertium* [4] paullo majus quam secundum.

1 Vesal. Lib. 1. Cap. XXXIII. Fig. 1. & 2. 1. 2. 3.
2 Ibid. Fig. 12. & 13. 1.
3 Ibid. 2.
4 Ibid. 3.

225. Omnium horum pars posterior ampla & leniter sinuata, praesertim *pri*mi [2]; omnium laevi cartilagine crustata, iisque partibus recipiunt [3] ossis navicu-
a 223. laris superficies [a]; *primum* interiorem maxi[mam]

1 Vesal. Lib. 1. Cap. XXXIII. Fig. 13. f. t. u.
2 Ibid. f.
3 Ibid. Fig. 1. & 2. inter Θ. & 1. deinde inter Θ. & 2. denique inter Θ. & 3.

maximam, maximeque gibbam; *secundum* mediam minoremque; *tertium* tertiam, similiterque parvam.

226. Inde in priora procedunt: *primum* autem longissimum est[1]; *secundum* brevissimum; hoc *tertium* longius[1], primo tamen brevius[1]. Postremoque a priori parte quaeque desinunt in superficiem amplam, aequabilem, & laevi cartilagine crustatam: ampliorem, oblongam, oblique positam, leviterque gibbam, in *primo*[2]; angustiorem planioremque, in *secundo*[3] & *tertio*[4]. Atque iis tria prima metatarsi ossa sustinent [a]; *primum* quidem, pollicis[5]; ac deinde *secundum*, secundum[6]; *tertium*que, tertium[7]. a 237.

1 Vesal. Lib. 1. Cap. XXXIII. Fig. 1. & 2.
2 Ibid. Fig. 12. ι.
3 Ibid. κ.
4 Ibid. λ.
5 Ibid. Fig. 1. inter 1. & I. & Fig. 2. inter 1. & π.
6 Ibid. Fig. 1. inter 2. & II. & Fig. 2. ante 2.
7 Ibid. Fig. 1. inter 3. & III. & Fig. 2. ante 3.

227. Verum ab externo pedis latere unum

unum tantummodo os inter calcaneum metatarſumque intercedit, quod CUBIFORME[1] dicimus: cuneiformibus majus & plenius, ſed uſu reſpondens.

1 Veſal. Lib. 1. Cap. XXXIII. Fig. 12. & 13. 4.

228. Itaque & hujus pars poſterior[1] ampla eſt, & planior, & laevi cartilaginea cruſta operta; totaque priori cal-
a 214. canei ſuperficiei [a] apte congruit, & cum ea committitur[2].

1 Veſal. Lib. 1. Cap. XXXIII. Fig. 13. κ.
2 Vid. citat. §. 214. 4.

229. A calcaneo quoque in priora, juxta naviculare & cuneiforme tertium, modice extrorſum procedit[1]. Quin & a priori parte deſinit in ſuperficiem[2] amplam, oblongam, quaſi transverſam, & in duas[2] minores, perpetuam cartilagineam laevemque cruſtam obductas, di-

1 Veſal. Lib. 1. Cap. XXXIII. Fig. 1. & 2.
2 Ibid. Fig. 12. α. & β.

distinctam; ad sustinenda quartum[3] quintumque[4] metatarsi ossium[a]. a 237.

3 Ibid. Fig. 1. inter 4. & IV. & sic Fig. 2.
4 Ibid. Fig. 1. inter 4. & V. & sic Fig. 2.

230. Jam vero quinque ista secundi tarsi ossium ordinis ossa ipsis etiam lateribus suis inter se juncta sunt: naviculare cuboidi[1]; hoc quoque cuneiformi tertio[2]; ac denique cuneiformia alia aliis[3].

Et *Naviculare* quidem, qua cubiforme spectat[4], gibbum est & inaequabile, educitque ligamenta, quibus ad posteriorem lateris ossis istius[5], eamque sinuatam, partem religatur.

Cubiforme autem & *Cuneiformia*, sua latera, quibus se invicem respiciunt, lata

1 Vesal. Lib. 1. Cap. XXXIII. Fig. 1. & 2. inter Θ & 4.
2 Ibid. inter 4. & 3.
3 *Tertium secundo*, Ibid. inter 3. & 2.
Secundum primo, Ibid. inter 2. & 1.
4 Ibid. Fig. 11. ad p.
5 Ibid. Fig. 12. & 13. γ.

lata & planiora habent. Iisque primum alia alia contingunt, ſuperficiebus planioribus, aequabilibus, & laevi cartilagine cruſtatis. *Cubiforme* ſcilicet, ſuperficie ampla, quam in lateris ſui cuneiforme tertium ſpectantis medio, ibidemque ad ſuperiorem partem, habet, contingit ſui ſimilem, quae in parte eadem & poſteriore & ſuperiore lateris *Cuneiformis tertii*, quod cubiforme ſpectat, eſt. *Cuneiforme tertium* ſolo ſui lateris, ſecundum reſpicientis, margine poſteriore[6], eoque ipſo ſua ſuperiori atque etiam inferiori parte latiore leniterque gibbo, convenientem, & eare leniter concavum, lateris *ſecundi oſſis*, quo tertium ſpectat, marginem[7]. *Secundum* vero, lateris ſui, primum ſpectantis, margine tum ſuperiore, tum poſteriore, iisque continuis & leviter gibbis, ſimiles leviterque ſinuatos lateris *primi*[8], quod ſecundum reſpicit.

At

6 Bidlo Tab. cv. Fig. 5. ipſe locus cui 5. inſcript.

7 Ibid. Fig. 4. ad ſuperiorem 4 partem.

8 Ibid. Fig. 7.

At reliqua, eaque major, cujusvis istorum laterum pars [9] inaequabilis est, gibberaque; firmatque ligamenta valida & brevia, quibus ossa illa alia ad alia alligata tenentur.

9 *Unius*, *Cuneiformis tertii*, Ibid. Fig. 5.
——— ——— *secundi*, Ibid. Fig. 4.
Cuneiformis primi, Ibid. Fig. 7.

231. Porro os *Cuneiforme primum* longissime in priora protenditur: *secundum* brevius: *tertium* fere aeque longe ac secundum: *Cubiforme* denique his brevius; & hoc ipsum quoque ad externum pedis latus, brevissime. Ex quo pes extremus a calcaneo & talo in priora longior fit: & quidem minimum ab externo sui latere; inde vero, pedem alterum versus, magis magisque.

Vesal. Lib. I. Cap. XXXIII. Fig. I. & 2.

232. Tum vero os *Cuneiforme primum* a naviculari fere recta in priora tendit: *secundum*, modice extrorsum:

ma-

magis *tertium*: maxime omnium, a calcaneo *Cubiforme*. Eoque idem ille pes extremus a calcaneo & talo paullatim in priora extrorſum lateſcit.

Veſal. Lib. I. Cap. XXXIII. Fig. I. & 2.

233. Quin & *Cuneiforme primum* ac *tertium*, ultra ſecundum utrimque in priora nonnihil protenſa, *ſinum* [1] quaſi efficiunt, recipiendo [2] metatarſi ſecun-
a 238. do oſſi [a]: ad cujus latera a ſuperiori parte ſuis ſimiliter primo applicantur lateribus; ac *primum*, exiguo levique *ſinu* [3]; *tertium*, ſuperficiebus duabus planioribus pariterque exiguis [4]; utrisque autem laevi cartilagine cruſtatis: tum deinde etiam ab inferiori alligantur.

Sic quoque *Cuneiformis tertii*, ultra cubiforme paululum progreſſi [2], externum latus, ſuperiori ſui parte, exigua portione, atque ea etiam laevi cartilagine

1 Veſal. Lib. I. Cap. XXXIII. Fig. 12. inter ι & λ.
2 Ibid. Fig. I.
3 Ibid. Fig. 12. ſub I. eſſet indicandus.
4 Ibid. inter κ & λ deſignandis.

gine cruſtata, plerumque contingit poſteriorem lateris interni oſſis metatarſi quarti partem [b]: ad idemque ſua inferiori parte religatur. b 238.

234. Praeterea autem ita figurata eadem iſta oſſa ſunt, compoſitaque, ut ſuis ſuperioribus partibus, ſimul cum cervice tali, dorſi pedis [1] partem, quae ſtatim ante crus eſt, faciant; & eam ſatis aequabilem, gibbam, atque in externum latus devexam: inferioribus autem, plantae partem; eamque in terram concavam, & inaequabilem [2]. Igitur ab interno pedis latere, & *cervix Tali* ſui ſuperiore parte leniter gibba eſt, atque in internum pedis latus declivis [3]; & ſimiliter *os Naviculare* [4]; atque etiam *Cuneiforme primum* a ſuperiori parte tenuius, inde oblique in interiora deorſum fertur, paullatim intumeſcens, modiceque gibbum [5]. Ab externo autem, Cu-

1 Veſal. Lib. 1. Cap. XXXIII. Fig. 1.
2 Ibid. Fig. 2.
3 Ibid. Fig. 1. ante Γ.
4 Ibid. Θ. & Fig. 11. a p. ad o.
5 Ibid. Fig. 1. ı. coll. cum Fig. 12. & 13. r.

Cubiforme ſuperiori parte ſua extrorſum declive eſt, ſed planius [6]. *Secundum* denique *tertiumque* ex *Cuneiformibus*, media inter primum & cubiforme demiſſa, ſuis ſuperioribus partibus craſſa ſunt, lataque, & planiora [7]; ab his terram verſus per latera ſua exacuuntur, & quaſi cuneantur [8].

6 Ibid. Fig. 1. 4. coll. cum Fig. 12. & 13. 4.
7 Ibid. Fig. 1. 2. 3. & Fig. 12. & 13. 2. 3.
8 Ibid. Fig. 12. & 13. 2. 3.

235. Ad ligamenta denique firmanda, tendinesque partim firmandos, partim deducendos, ſuis inferioribus partibus inaequabilia ſunt variaque [1]. Et quidem *Navicularis* ima pars, primum
a 222. inaequabilis, ligamentum[a] a calcaneo procedens firmat; deinde ſinuata [2], deducit Tibiaei poſtici tendinem: qua vero os illud totum alterum pedem reſpicit, in *tuber* [3] magnum & inaequabile migrat, cui Tibiaeus poſticus inſeritur.

Cu-

1 Veſal. Lib. 1. Cap. xxxIII. Fig. 2.
2 Ibid. Fig. 10. & 11. q.
3 Ibid. Fig. 10. ad q. & 11. ad o. & q.

Cuneiforme primum ſuam imam partem oblongam & craſſiorem habet[4], eaque firmat Tibiaei antici & poſtici ac Fibulaei longi tendines.

At *ſecundum* & *tertium* multo breviora ſunt, acutioraque[5]: ac *ſecundum* firmat tendinis Tibiaei poſtici partem: *tertium* educit brevem pollicis Flexorem, imo ſuo *tuberculo*[6].

Cubiforme denique ima parte latum eſt, & planius[7], ſed inaequabile, totumque diviſum *eminentia*[8] media oblonga, obliqua, craſſa, inaequabili, & ligamentum [b], a calcaneo veniens, fir- b 242.
mante, ac ſuſtinente tendinem Fibulaei longi, qui ad priorem ejus partem, ubi os ipſum leniter ſinuatum[9], inflectitur.

236.

4 Ibid. Fig. 2. 1.
5 Ibid. 2. 3.
6 Ibid. Fig. 13. θ.
7 Ibid. Fig. 2. 4.
8 Ibid. inter ζ. & η.
9 Ibid. η.

236. A tarſo METATARSUS[1] oritur. Is conſtat ex oſſibus, aliis juxta alia poſitis, quinque: oblongis omnibus, gracilibus, valentibus, & a tarſo ad digitos pertinentibus: at *primum*[2], quod pollicem ſuſtinet, caeteris brevius eſt, ſed ſimul craſſius, longeque valentius.

1 Vid. citat. §. 211. 3.
2 Veſal. Lib. I. Cap. XXXIII. Fig. 1. I. & ſic Fig. 2.

237. Incipiunt autem *capitibus*[1] craſſis, multiformibus, & inaequabilibus. Eaque cum tarſo committuntur, partibus ſuis poſterioribus; iis amplis, planioribus, aequabilibus, laevem cartilagineam cruſtam obductis, ac primis tarſi partibus plane congruentibus: *pri-*
§ 225. *mum* cum cuneiformi a primo[2], ſuperficie ampliore, oblonga, obliqua, & modice ſinuata: *ſecundum* cum a ſecundo

1 Veſal. Lib. I. Cap. XXXIII. Fig. 1. & 2. ante 7. 2. 3. 4.
2 Vid. citat. §. 226. 5.

do [3]; cum tertio a *tertium* [4]; *quartum* vero *quintum*que cum b cubiformi [5]; & b 229. haec quidem quatuor, ſuperficiebus anguſtioribus & planioribus.

3 Veſal. l. c. 6.
4 Ibid. 7.
5 Vid. citat. §. 229. 3. & 4.

238. Eadem quoque iſta capita a alia a 237. aliis [1], & nonnulla etiam oſſibus cuneiformibus [1], ſuis juncta ſunt lateribus; iis ipſis ob id planioribus & latioribus, partimque ſe contingentibus ſuperficiebus inter ſe aptis & cartilagine laevi cruſtatis, partim inter ſe ligatis.

Contingit autem *os metatarſi ſecundum*, inter cuneiforme primum tertiumque receptum [1], *uno de lateribus* ſuis, cuneiforme b primum [1], ſuperficie exi- b 233. in. gua & aequabili, quae eſt in parte ejus poſtica eademque ſuperiore: *altero*, primo cuneiforme b tertium [1], ſuperficiebus duabus planioribus & exiguis, utrisque

1 Veſal. Lib. 1. Cap. XXXIII. Fig. 1.

que ad poſticum marginem, altera au
tem ſuperiore, altera inferiore; deind
etiam os metatarſi tertium [1], ſuperficie
bus duabus planioribus, ac priori prae
cedentium parti continuatis. *Tertium*
altero latere admovetur [1] ad ſecundum
ſuperficiebus plane congruentibus, & a
poſticum ejus marginem poſitis: *altero*
ad quartum [1], ſuperficie ampliore leviter
que ſinuata, quam ad poſteriorem ean
demque ſuperiorem partem ſuam habe
Quartum porro *uno latere*, primum ple
c 233. rumque cum cuneiformi tertio c commit
fin. titur [1], ſuperficie exigua & leviter cava
quae juxta poſticum ejus marginem, ibi
que a ſuperiori parte eſt; dein ad prio
rem iſtius commiſſurae partem, cum ter-
tio metatarſi [1], capitulo conveniente a
leviter gibbo: ſed *altero* cum oſſe me-
tatarſi quinto [1], ſuperficie ampla & le-
viter gibba, quae eſt ad partem eju
poſteriorem. *Quintum* denique quarto
jungitur [1], ſinulo congruente, quem
ad partem poſticam lateris ſui, quod
quartum ſpectat, habet.

Reliquae laterum iſtorum partes omni-
bus

bus ſunt inaequabiles, tuberculatae, ſinuatae: quemadmodum & *Primi* oſſis latus, quod ſecundum reſpicit, ad poſticam partem medium inaequabile eſt. Partesque illae firmant ligamenta brevia & valentia, quibus oſſa iſta inter ſe & cum tarſo cohaerent, continenturque.

239. Jamque a capitibus illis in priora modice deorſum procedunt, gracileſcuntque [1]: ac rurſus a prioribus quoque partibus intumeſcunt, atque in *capita* [2], laevi cartilagine cruſtata, deſinunt; quibus in terra inſiſtunt, digitosque ſuſtinent, articulis mobilibus. Omnium autem, excepto *primo*, capita illa parva ſunt, & oblonga, id eſt, a lateribus quaſi depreſſa, per longitudinem gibba, & a ſuperiori oſſium ſuorum parte per priorem ad imam poſterioremque quaſi orbiculata. Sed *primum os*, quod ad pollicem pertinet, cum caeteris majus ſit, caput quoque maximum habet, & a priori parte rotundius: ſimi-

1 Veſal. Lib. I. Cap. XXXIII. Fig. 1. & 2.
2 Ibid. ξ. ξ.

militerque quidem deorſum retrorſum
que productum; at ab inferiori part
multo latius, ibidemque ad utrumqu
latus per longitudinem ſinuatum, in me
dio eminens; ad recipienda oſſicula ſe
ſamoidea. Atque capitibus illis pert
nui diſcrimine ſeparata ſunt: *primu*
tamen a *ſecundo* introrſum longius ab
ſcedit: inter ſeque ligantur ac retinen
tur ligamentis, quae e capitum iſtoru
lateribus, ob id planioribus, ſinuati
tuberculatis, prodeunt.

240. Omnibus porro pars ſuperio
latior, & per longitudinem leniter gib
ba eſt[1]; inferior acutior, inſigniterqu
concava[2]: aliaque aliis ita junguntur, u
ſimul cratem quandam efficiant, p
transverſum gibbam a ſuperiori, cava
ab inferiori parte; eamque tarſo conti
nuatam, ſic ut cum eo gibbum pedis ex
tremi dorſum [3] faciat, cavamque plan
tam[3].

24

1 Veſal. Lib. 1. Cap. XXXIII. Fig. 1. I. II. I
IV. V.

2 Ibid. Fig. 2.

3 Ibid. Fig. 1. & 2.

241. Postremo mediis lateribus suis depressa, musculis, praecipue Interosseis, cedunt, iisdemque locum & originem praebent. Insuperque *secundum*, *tertium*, *quartum*que educunt Adductorem pollicis: *quintum*, Abductorem minimi digiti. Ac *primum* insertionem praebet Tibiaeo antico & Fibulaeo longo, parte postica imaque [1]; firmat & Abductorem pollicis: *quintum*, Fibulaeo brevi, *tubere* [2] magno & inaequabili, in quod migrat pars ejus posterior exteriorque; firmans pariter Abductorem digiti minimi: *secundum*, parti Tibiaei postici: denique *quartum quintum*que, Nono pedis.

1 Vesal. Lib. I. Cap. XXXIII. Fig. 2. π.
2 Ibid. ρ. & sic Fig. I.

242. Omnia tarsi metatarsique ossa, cum una basis firma esse debeant, quae in terra insistens corpus sustineat, praeter ligamenta, quae inter eorum aliqua [a] intercedunt, aliis undique continentur: maxime ab inferiori parte; ne, dum cor- Ee pus

a 218. fin. 230.

pus sustinent, dissolvantur, aut nim
sequacia curventur in superiora. Et qu
b 222. dem *unum* b a calcaneo ad navicula
pertinet. *Aliud* crassum valensque, a
c 216. imo calcanei tubere c in priora proc
fin. dit, ac pertinacissime praesertim inse
d 235. tur toti imae cubiformis eminentiae d; tu
& medio ejusdem ossis imo margini, q
est juxta os cuneiforme tertium; atq
etiam parti ejus eidem & imae & po
eriori, juxta os naviculare, eique pr
tuberanti: id vero a cubiformis oblon
eminentia ulterius procedens, paul
tim latescens, tenuius, attamen vale
inseritur imis, & ob id inaequabilibu
capitibus posterioribus ossium metata
quinti, quarti, tertii, praesertim ver
& quidem extremo latiore ac valentio
secundi. *Alia* denique, similiter vale
tia, ab osse naviculari pertinent ad c
neiformia; rursus ab his & a cubiforn
ad ossa metatarsi; at inprimis a cun
formi primo, ad primum, secundu
tertiumque ex metatarsi ossibus.

243. Pars prior metatarsi DIGIT

qu

quinque[1] augetur: gracilibus omnibus, & oblongis, ac prope rectis: sed *secundo* fere longiore, quam *primo*; *reliquis* a secundo paullatim brevioribus; maxime *quarto quinto*que. Hi autem ex *offibus ternis* constant[2]: excepto *primo*, id est *pollice*; qui est ex ossibus omnino duobus[3], exempto quasi medio. Ac *pollicis* crassa sunt[3], & valentia: *reliquorum* multo tenuiora. *Primi* autem *ordinis* longissima sunt: *secundi* perquam brevia: *tertii* brevissima: & *pollicis* eadem ratio est; at utraque ossa sua satis magna habet. Omnia extremis utrimque capitibus tumidula, media graciliora.

1 Vid. citat. §. 211. 4.
2 Vesal. Lib. 1. Cap. XXXIII. Fig. 1. & 2. ς. τ. υ.
3 Ibid. φ. χ.

244. *Primi ordinis* omnia in posteriorem partem sinuantur. Ac *sinus* illi rotundi, nec admodum profundi, & cartilagine laevi crustati, leviter reci-

piunt[1] prominula metatarsi ossium capi-
a 239. ta [a], articulis per capsulas membranaceas firmatis, & in omnem partem mobilibus, maxime tamen terram versus flectendis, rursumque in superiora.

1 Vesal. Lib. 1. Cap. XXXIII. Fig. 1. & 2.

245. Ad haec, ut musculis genu ex-
a 204. tendentibus patella [a], sic pollicem flectentibus OSSA SESAMOIDEA [1] data sunt. Et ut patella tibiae quasi pars est [a], ita & sesamoidea ad primum pollicis os pertinent. Pollex autem duo habet, plerumque magnitudine inaequalia [1]; utraque oblonga, & ab inferiori [2] parte gibba, a superiori [3] per longitudinem concava, per transversum quodammodo gibba, & ista parte cartilagine laevi crustata: eaque ad imum caput ossis meta-
b 239. tarsi pollicis [b] applicantur [4], id est, utrimque in sinus ossis istius recipiuntur, sic ut

1 Vesal. Lib. 1. Cap. XXVIII. Fig. A. B. C. D.
2 Ibid. A. & D.
3 Ibid. B. & C.
4 Ibid. Cap. XXXIII. Fig. 2. ψ ω.

ut modico discrimine separata sint [5]: quin etiam & ad partem primi pollicis ossis posteriorem imamque religantur, & capsae articuli istius innectuntur. Atque iis Flexor pollicis brevis, ejusdemque Adductor, Abductorque inseruntur: quibus agentibus retro trahuntur, sequente, flexoque in terram primo pollicis osse; rursumque extenso articulo isto, per eandem viam redeunt. Itaque robur musculorum illorum augent, impediuntque, ne in statu comprimantur; simulque tendinem Flexoris pollicis longi per medium intervallum suum, tutum ab omni compressione, ad priora deducunt. Quin & patellae instar [a] sese accommodant. a 204. fin.

Reliquis vero juncturis illis [c] raro sesamoidea. c 244.

---

5 Ibid §.

---

246. Priora autem *primi ordinis* ossium capita minora sunt. Omnia a lateribus suis plana, a sua superiori parte deorsum versus latescunt: eadem a pri-

ori parte, qua ſecundi ordinis oſſicula ſuſtinere debent, rotulae orbitae quodammodo ſimilia, id eſt, a ſuperiore ſui parte per priorem, ad imam, & porro inſigniter retrorſum orbiculatim ducta; medio orbiculo illo profunde, & ſimiliter orbiculatim ſinuato; ad latera eminente gibboque, & quaſi capitulato; at minimum a ſuperiori parte, inde vero per priorem ad inferiorem magis magisque. His ſcilicet orbitis, ea re laevem cartilagineam cruſtam obductis, committuntur [1] cum ſe-
247. cundi ordinis oſſibus [a]: praeterquam pollicis, quod cum ultimo [1].

---

1 Veſal. Lib. I. Cap. XXXIII. Fig. I. & 2.

---

247. Namque *ſecundi ordinis digitorum quatuor minorum* oſſicula, ac *pollicis ultimum*, capitis ſui primi partem poſteriorem latam habent, & primo per altitudinem ſuam totam orbiculatim, ſed leniter, concavam; deinde per transverſum in medio eminentem gibbamque ad latus utrumque ſinuatam; totamque

lae

laevi cartilagine cruſtatam, & orbitis illis [a] primi ordinis oſſium aptiſſime con- a 246.
venientem; atque ita adaptatam [1], ut hi articuli duntaxat & in rectum extendi, &, eo quod orbitae illae ab inferioribus partibus retroverſus productiores ſint, deorſum inſigniter flecti queant: hos inprimis articulos firmantibus ligamentis lateralibus, quae a lateribus capitum priorum primi ordinis oſſium ad latera capitum poſteriorum cum iis commiſſorum pertinent.

1 Vid. citat. § 246. 1.

248. Rurſum capita priora *ſecundi ordinis* oſſium *digitorum minorum quatuor* minora ſunt, & primi ordinis ſimilia quidem, ſed quaſi degenerantia, id eſt, fere inſtar oblongorum, transverſorum, & a ſuperiore ſui parte per priorem ad inferiorem poſterioremque gibborum tuberculorum; quibus cartilagine laevi cruſtatis, cum primis capitibus [a] tertii ordinis oſſiculorum pa- a 249.
riter committuntur [1]. 249.

1 Veſal. Lib. 1. Cap. XXXIII. Fig. 1. & 2.

249. Quapropter & *tertii ordinis, digitorum minorum quatuor*, officulis capitis primi pars posterior lata est, & planior, & oblonga transversaque, atque a sua superiori parte usque ad imam leviter orbiculatimque sinuata, laevemque cartilaginem obducta: atque iis adeo sinibus priora secundi ordinis capi-
a 248. tula [a] recipiunt[1] simili, ac juncturae pri-
b 247. mi secundique ordinis [b], mobilitate, similiterque ligamentis firmata.

Vltimi autem *pollicis* perfectior, & primae parti secundi ordinis officulo-
c 247. rum [c] similis, ac cum primi ordinis ossis
d 246. fin. capite [d] simili commissa mobilitate.

1 Vid. citat. §. 248. 1.

250. Eoque digiti illi toti ad metatarsum in omnem partem flecti possunt; maxime deorsum; tum & sursum; atque etiam nonnihil in utrumque latus, id est, diduci, rursumque adduci: ipsi autem & in rectum porrigi, & deorsum aequabiliter curvari, suis praesertim extremis.

251. Digitorum ossa, praeter capita sua, a superiori parte aequabilia, & ex transverso rotunda sunt [1]; ab inferiori latiora & planiora, ac per longitudinem modice sinuata [2], ut aequabilius deorsum in arcum curvari possent, & locum praebere Flexorum tendinibus. *Ordinis* autem *tertii*, priori parte latiora, & per ambitum quasi semiorbiculata, deorsumque inaequabiliter protuberantia [3].

Omnia & musculis insertiones praestant. *Primi ordinis minorum quatuor*, capitibus suis primis, utrimque Interosseis; interno autem latere, Lumbricalibus: *pollicis primum*, capitis sui primi externo latere, Abductori suo. *Secundi ordinis*, capitum primorum superiori parte, Extensoribus; inferiori utrimque, Flexoris brevis tendinibus. *Tertii* denique, similiter capitum primorum superiori parte, Extensoribus; inferiori me-

1 Vesal. Lib. 1. Cap. XXXIII. Fig. 1.
2 Ibid. Fig. 2.
3 Ibid. Fig. 1. & 2.

mediaque, Flexori longo digitorum: ac ſic quoque *pollicis* primum caput, ſua ima parte, Flexori longo ſuo; ſuperiori autem, Extenſoribus.

252. Ergo eſt ex tarſo metatarſoque pedis extremi ampla, praelonga, lataque, & compacta pars; qua in terra inſiſtimus, lato & ſtabili veſtigio. Eaque incurva; atque a ſuperiori parte gibba, ab ima concava; maxime qua alterum pedem ſpectat; inde in exteriora devexa: itaque non tota inferiori parte ſua nitens, ſed partibus omnino tribus; ſicque aequabiliter firmiterque, etiam in quacumque fere ſuperficie, inſiſtens; a poſteriori ſcilicet parte calcaneo; a priori, praeſertim extremo metatarſi primo oſſe, ob id craſſo & valente, totoque reliquo extremo metatarſo, eo ipſo quidem lato, ſed cedente & ſeſe facile accommodante; ab externo denique latere, ibidemque fere in medio, capite primo oſſis metatarſi quinti: quo ſimul locus a compreſſione tutus musculis, tendinibus, vaſis, nervisque paratus eſt. Quin & ad meliorem facilioremque ſtatum

tum & inceſſum, non ex uno aut ex ſingulis rectisque oſſibus riget, ſed e multis parvisque flexilis eſt. Et quidem certa mobilitate: laxa ad talum calcanei, pariterque navicularis: adſtricta & tantum obſequioſa, inter ſe caeterorum; nempe calcanei, cubiformis, navicularis, cuneiformium, & capitum poſteris, cuneiformium, & capitum poſteriorum metatarſi omnium. Ac poſteriora oſſa, quo crus commode ſuſtineant, maxima ſunt; atque ad innixus ſtabilitatem, pauca: duo autem; ut mobilitas juncturae cruris cum pede extremo & ſtabilis, & tamen in priora poſterioraque, atque etiam in utrumque latus obliqua ſit. Ante talum os naviculare eſt, mobili adjunctum articulo; ut ad talum quieſcentem ſimul & naviculare, & calcaneus, oblique in utrumque latus, maxime in internum, moveri poſſint; conſequente naviculare cum calcaneo reliquo pede extremo. De reliquo ſtatim ante crus pes extremus e multis parvisque & inter ſe ligatis oſſibus nonnihil obſequioſus, ad faciliorem inceſſum. Deinde autem metatarſus, ut firmiter pes

 in

in terra insisteret, e longis rectisque ossibus rigens: utque simul, cum latus sit, sua se latitudine accommodet, ex quinque talibus, juxta se positis, obsequiosus; maxime, qua parte insistit. Is denique a priori parte in digitos desinit: qui discreti, flexilesque, & incurvati terram premunt ac quasi reprimunt, & in progressu, sublata calce, cedunt; magni ad stationis incessusque firmitudinem usus; praesertim pollex; ipse priori parti pedis, qua post calcem maxime nitimur, praepositus, & ea re valentior. Jamque in hoc pede crus insistit, sic ut & in priora, & in posteriora ultra crus ipse pes extremus producatur; ne in priora, aut in posteriora vacillet. Et cum nos omnes in priora proni simus, & in priora praesertim progrediamur, pes quoque ultra crus in priora longius, quam in posteriora projicitur: qua de caussa & a posteriori parte angustior, in priora magis magisque latescit; atque etiam a posteriori riget; a priori obsequitur, digitisque augetur.

a 193. ad 253. 253. Atque duo nobis tales [a] pedes, simi-

similes inter ſe, dati ſunt; ambo juſtae magnitudinis: quibus & erecti in quocumque fere loco conſiſtere poſſumus; & quoquoverſus incedere, in priora quidem rectiſſime, tum quoque in averſum, ac quodammodo in dextram, inque laevam; & currere, ſalire, ſaltare, calcare, calcitrare, nos totos convertere, caeteraque, ut poſcit neceſſitas: ſuper eosque, quo volumus, corpus noſtrum inclinamus: quin & permittunt, ut commode ſedere, & recumbere queamus; ac juvant eriguntque ſurgentes. Nam per coxarum articulos & truncum ſuper pedum vertices erigimus, ac quoquoverſus inclinamus verſamusque, tum ſuper alterutrius, tum etiam ſuper utriusque ſimul; & pedes totos ſub trunco in omnem partem flectimus convertimusque, ac ſic utrumque pedem extremum, in quemcumque prope nos locum videtur, ſatis inſigniter transferimus, ponimusque veſtigium, ad truncum ſive erectum, ſive ad quamcumque partem inclinantem, ſive propendentem, ſive labantem ac prope cadentem,

fulciendum, eundemque quoquoverſus transferendum, atque in utramque partem convertendum, mira agilitate. Ipſae autem pedum columnae ex paucis, rectis, valentibusque oſſibus ſtabiles ſunt: at mediae diviſae curvabilesque, quo ſe ipſis breviores fieri poſſent, & ad multos uſus accommodari; ut ad progrediendum, ſedendum, recumbendum, ſurgendum, alta conſcendendum, deſcendendum in inferiora, caetera. Utrique baſis, ipſa obſequens, mobili adaptatur junctura, id eſt, facile ante nos flectenda, & in averſum, atque etiam in utrumque latus; cum ut crus, totaque pedis columna, iisdem ſuper baſem ſuam modis inclinari poſſet, tum ut baſis illa ſub crure ſuo ſe accommodaret, eoque vel recto, vel modicum inclinato, lato in terra inſiſteret veſtigio. Jam vero, quia in priora progredimur, & eandem in partem ad multos uſus deorſum curvamus corpus, pedesque flectimus, ac ſedentes in priora pedes commodiſſime protendimus, coxarum quoque articuli maxime in priora flecti poſ-

ſunt.

ſunt. At genua, cum nulla id exigat neceſſitas, nec in latera, nec fere in priora flectimus; ad ſtabilitatem. Curvamus autem in poſteriorem partem: primum ad rectum inceſſum; ut translato in priora altero extremo femore, ſublatoque, ab eo crus in terram rectius tendere, eidemque commode recteque inſiſtere poſſet; atque etiam progredientis pes poſterior, a terra ſublatus, ſecundum alterum in priora commode transferri, non facile in terram impingendo: deinde ad ſeſſionem; multaque alia neceſſaria opera. Quin & praeſertim ob inceſſum cruris cum pede extremo juncturam in priora flectimus, & magis in averſum: tum quoque in internum latus oblique inſigniterque; ut pedibus divaricatis, vel & altero ab altero in latus abducto, tota prope planta in terra inſiſteret, pedibusque extremis medium forte corpus quaſi comprehendere poſſemus: ſed minimum in externum latus, ne vacillante articulo, facile corruamus. Et ne in utramque partem toto corpore vacillemus, conci-

cidamusque, unus utrimque pes trunco suppositus est: ex quo & incedere possumus; alterum juxta alterum in priora transferendo pedem. Impedit autem pes extremus, ne in priorem partem vacillemus, aut in aversam. Jamque ad firmiorem statum incessumque pedes extremi in priora divergunt: iidemque ad eosdem usus, & ut corpus convertere possemus, super terram in utrumque latus, praesertim extrorsum, converti queunt; & quidem cum genu extensum, ut in stante, totum ad coxam pedem convertendo; at cum flexum, ut in sedente, solum ad femur convertendo crus.

IV. DE BRACHIIS SCELETI.

254. BRACHIA duo SCELETI[1], multorum usuum ministri, constant ex *Scapularum ossibus*[2], horum-

1 Vesal. in fin. Lib. 1. Fig. 1. 2. 3.
2 Ibid. R.

rumque *Claviculis*[3]; ex *Humeris*[4], *Cubitis*[5], *Manibusque*[6].

3 Ibid. Q.
4 Ibid. S.
5 Ibid. T. V.
6 Ibid. post V.

255. Humerorum cum trunco recte committendorum caussa, duo lata SCAPULARUM OSSA[1] sceleto data sunt, atque ad posteriorem eandemque superiorem exterioremque thoracis partem utrimque adjuncta[2]; locum quoque, originem, insertionemque musculis praestantia.

1 Vesal. Lib. 1. Cap. XXI. Fig. 1. 2. 3.
2 Ibid. in fin. Lib. 1. Fig. 1. 2. 3.

256. Ea igitur, ut ad thoracem commode apteque & cum quadam stabilitate applicari possint, lata[1] sunt, & ex interiori[2] parte leniter concava, dorso[3] gibba.

1 Vesal. Lib. 1. Cap. XXI. Fig. 1. & 2.
2 Ibid. Fig. 1.
3 Ibid. Fig. 2.

ba. Applicantur autem quam laxissime, intercedentibus musculis: tota pensilia, & velut innatantia; ob hoc levia & maximam partem tenuia, solida tamen; perque musculos validos firmata, ac claviculis [a] a superiori eademque exteriori parte subnixa. Itaque in omnem partem facillime moveri & impelli possunt; sursum, deorsum, in dextram, inque laevam, in priora, & in aversum; quin & a thorace nonnihil removeri, rursumque ad eumdem propius admoveri; plurimis modis.

a 263.

257. Latissima [1] autem ad spinam trunci, inde in exteriora paullatim in triangularem formam coangustantur [2]: ad spinam quidem terminata ora [3] recta, praelonga, satis tenui, quam *basem* dicunt: a superiori parte, ora [4] transversa, brevissima inter tres illas, tenuique: a priore, extremitate [5] longissima, re-

1 Vesal. Lib. 1. Cap. XXI. Fig. 1. & 2. Z. Y. coll. cum Fig. tribus ult. Lib. 1.
2 Ibid. à Z. Y. ad D. C.
3 Ibid. X Y.
4 Ibid. Fig. 1. a. Z.
5 Ibid. Fig. 1. & 2. D. Y.

rectiore, crassa, eaque ab ima basi oblique sursum in exteriora prioraque ducta: jamque sua ima parte in *angulum*[6] crassum desinentia: superiori autem, quae ad spinam est, inter basem oramque superiorem, velut resecto angulo, in extremitatem[7] tenuem, oblongam, rectiorem, brevem, oblique ductam; ne ex gibbo dorso nimium eminerent: at superiori eademque exteriori, in [a] *cervicem*[8], quae humerum sustineat, migrantia. Atque haec ossa basibus suis ad gibbum thoracem prope admota sunt[9]; non longe a spina: ab ea autem quo longius procedunt, eo a thorace magis recedunt[9]; in latera & simul nonnihil in priora tendentia; sic ut cervices suas longissime protendant[9]. Ex quo trunci pars superior, sub collo, utrimque latior fit[9]; deinde locus utrimque articulo humeri paratur[9], atque ille ipse a 258.

a

6 Ibid. Fig. 1. 2. 3. Y.
7 Ibid. Fig. 1. & 2. Z. X.
8 Ibid. C. D.
9 Ibid. in fin. Lib. 1. Fig. 1. 2. 3.

a trunco admodum remotus, ad ampliorem humerorum mobilitatem: nec tamen ſcapulae ſub his articulis, etiamſi amplae & deorſum ad majorem ſtabilitatem protenſae, invenuſte eminent, aut impedimento ſunt[9].

258. Jamque *cervix* [1] brevis eſt, lataque, & craſſa; atque exteriora verſus in priorem partem, atque etiam in averſam intumeſcens, mox in *ſinum* [2] deſinit ſatis amplum, leviſſimum, oblongum, & ima ſui parte quaſi ſemiorbiculatum amplioremque[3], inde ad ſuperiorem paullatim anguſtatum [3]: hic ad latus ſimulque nonnihil ad priora ſpectans, & laevem cartilagineam cruſtam
a 268. obductus, caput humeri [a] leviſſime recipit [4], ſuſtinet, junctura mobiliſſima. Ipſe autem ſinus iſtius margo in cartilagineum ligamentum quaſi vertitur; quod paullatim in capſam membranaceam

1 Veſal. Lib. 1. Cap. XXI. Fig. 1. & 2. C. D.
2 Ibid. Fig. 2. A. B. & Euſtach. Tab. XLVII. Fig. 17. 53 ÷ 21.
3 Euſtach. l. c.
4 Veſal. in fin. Lib. 1. Fig. 1. 2. 3.

ceam abit; eaque totum illum articulum complectens, humero inſeritur.

259. Ex ſuperiori dorſi ſcapulae parte, per transverſum, a ſumma baſi usque ad cervicem, exſurgit *ſpina*[1]; quae ad baſem ſcapulae anguſta[2], inde in poſteriorem partem paullatim lateſcit[3], magisque exſurgit, & ſurſum incurvatur, tandemque producitur in proceſſum[4] praelongum, primo modice anguſtatum, deinde rurſus lateſcentem, ſurſumque in priora recurvatum; a ſuperiori parte gibbum[5], cavum ab ima[6]; totum a cervice ſcapulae remotum[7], & ultra eam longius protenſum[7], ei denique a parte eadem & poſteriore & ſuperiore quaſi ſuperimminentem[7], quem *ſummum humerum* dicimus. Is autem juncturae humeri praepoſitus, eam ab iſta

1 Veſal. Lib. I. Cap. XXI. Fig. 2. G. H. I.
2 Ibid. G.
3 Ibid. à G. ad H.
4 Ibid. Fig. 1. 2. 3 K.
5 Ibid. Fig. 2. & 3.
6 Ibid. Fig. 1.
7 Ibid. Fig. 1. 2. 3.

ista parte firmat; humerum, cum brachio nitimur, sustinet, retinet; ipse
a 264. subnixus [8] clavicula; cujus extremum a quodammodo recipit *sinu* [9] levissimo, oblongo, ovato, transverso, & laevi cartilagine crustato, quem in suo interiore margine, haud longe ab ipso extremo, habet; intercedente lamella cartilaginea mobili.

8 Ibid. in fin. Lib. 1. Fig. 1. & 2.
9 Ibid. Cap. xxi. Fig. 1. & 3. L.

260. Ipsa porro cervix suam superiorem partem exeuntem in *processum coracoidem* [1] habet; qui lata crassaque radice [2] prodeuns, mox in priora exterioraque se reflectit [3], multo quam cervix longius protensus, ac procedendo gracilescens, a superiori [4] parte rectior & inaequabilis, ab inferiori [5] modice con-

1 Vesal. Lib. 1. Cap. xxi. Fig. 1 & 2. E. F.
2 Ibid. Fig. 1. inter C. & a.
3 Ibid. ab F. ad E.
4 Ibid. Fig. 1.
5 Ibid. Fig. 2.

concavus laevisque, tandemque in obtusum [6] desinens. Hic claviculam [4] sustinet [a]; ac simul os humeri ab interiori parte retinet; musculos insuper ligamentaque firmans. a 264.

6 Ibid. E.

261. Scapularum ossa musculos quoque locant, stabiliuntque. Tota interiore *cava*que parte, Subscapularem. *Dorso* gibbo, sub spina, Infraspinatum: cavo, quod supra spinam est, Supraspinatum. *Ora superiore*, non longe a processu coracoide, Coracoyoideum. *Angulo superiore*, Levatorem. *Basi*, Rhomboideum, Serratum anticum majorem. *Angulo inferiore*, Teretem majorem. *Ora priore*, Teretem minorem, Longumque. *Spina summoque humero*, Cucullarem, Deltoidem. *Processu coracoide*, Serratum anticum minorem, Coracobrachiaeum, unumque de capitibus Bicipitis. *Cervice* denique, caput Bicipitis alterum.

262. Illa autem ossa CLAVICU-

LIS [1] ſuſtinentur: quae oblongae, graciles, valentes.

1 Veſal. Lib. 1. Cap. XXII. Fig. 1. 2. 3.

263. Utraque incipit *capite* [1] craſſo, oblongo, retuſo, quodammodo triangulari [2], & cartilagine cruſtato; quo in
a 166. ſumma oſſis pectoris parte [a] innititur [3], intercedente tenui mobilique cartilaginea lamella; junctura obſequioſa & quoquoverſus ſatis mobili, ac ligamentis undique firmata.

1 Veſal. Lib. 1. Cap. XXII. Fig. 1. 2. 3. A.
2 Ibid. Fig. 1. B. C. D.
3 Vid. citat. §. 166. 3.

264. Tenuior deinceps, transverſa in ſuum quaeque latus modiceque poſteriora verſus, ſupra proceſſum coracoi-
a 260. dem [a], ad ipſum usque ſummum hume-
b 259. rum [b] protenditur [1], ejusque ſinui [b] quam leviſſime, intercedente etiam tenui cartilaginea lamella, inſidet [1] extremo ſuo lato

1 Veſal. Lib. 1. in fin. Tab. 1.

lato, ſed tenui, & in *capitulum*[2] leviſſime gibbum, oblongum, ovatum, transverſum, ac laevi cartilagine cruſtatum, deſinente; articulo obſequente, validisque ligamentis adſtricto. Quin & ipſa clavicula ad ſcapulam religatur ligamento valente, quod a proceſſu coracoide ſcapulae ad claviculam procedit, atque imae ejus parti, qua ſupra proceſſum iſtum incedit, ob id tuberculatae[3], inſeritur. Media igitur inter ſummum pectus ſummumque ſcapulae proceſſum, ſuſtentaculum ſuperioris ſcapulae partis, atque adeo totius ſcapulae eſt; quam a pectore coſtisque remotam tenet, & in latus protendi facit, ad faciliorem liberioremque humeri mobilitatem: quo ſimul pectus dorſumque latiora efficiuntur. Ob eamque cauſſam ſcapula hoc ſuo fulcro & in pectore innititur, & cum ſtabilitate mobilis eſt; maxime ſurſum, deorſum, tum & inſigniter retrorſum, minimum autem in priora: dum ſimul

2 Ibid. Cap. XXII. Fig. 3. Q.
3 Ibid. N.

ſimul oſſa haec duo ſoluta, & obſequente junctura connexa, ſeſe facillime accommodant.

265. At vero claviculae non rectae ſunt, ſed inſigniter incurvae. Et primum a pectoris oſſe fere usque ad proceſſus coracoideos, a priori parte admodum gibbae [1], a poſteriori concavae [2], ipſi pectori figura quaſi ſimiles ſunt; inſuperque a pectore remotae, tranſitum musculis Scalenis, atque axillas petentibus vaſis nervisque praebent; ea parte craſſae [3], ac durae. Deinde rurſus contrario modo, ad extremum ſummum humerum recte ſuſtinendum, in priora eum ipſum verſus ſe incurvant, a priori parte concavae [4], ab averſa gibbae [5]; eaque parte tenuiores, & tum a ſuperiori

1 Veſal. Lib. I. Cap. XXII. Fig. I. H. E. coll. cum Tab. I. in fin. Lib. I.

2 Ibid. Cap. XXII. Fig. I.

3 Ibid. Fig. I. E. H. I. Fig. 2. F. H. I. Fig. 3. F. H. L.

4 Ibid. Fig. I. ab H. ad Q. coll. cum Tab. I. in fin. Lib. I.

5 Ibid. Cap. XXII. Fig. I.

ori [6], tum ab inferiori [7] parte latae, & planiores.

6 Ibid. Fig. 2. I. Q.
7 Ibid. Fig. 3. L. O. Q.

266. Praeterea musculis, se ipsas, humeros, caput, costas, os hyoides, cartilaginem thyroidem, moventibus stabilitatem dant: Cucullaribus, Deltoideis, Pectoralibus, Cleidomastoideis, Subclaviis, Sternoyoideis, Sternothyroideis; ab his quoque figuratae.

267. A scapularum ossibus HUMERI [1] deorsum procedunt: qui praelongi, quodammodo teretes, crassi valentesque, brachiorum post scapulas superiorem, eamque maximam, partem faciunt.

1 Vesal. Lib. 1. Cap. XXIII. Fig. 1. & 2.

268. Uterque *capite* [1] incipit crasso, se-

1 Vesal. Lib. 1. Cap. XXIII. Fig. 1. & 2. A. B. C.

ſemirotundo, aequabili, laevem carti-
lagineam cruſtam obducto, ac vertice
ſuo & introrſum & ſurſum & inſigniter
a 258. retroverſus, ad ſcapulae ſinum [a] dire-
cto: eoque in parvum illum ſcapulae ſi-
num quam leviſſime inſerto [2], mobilita-
tem in omnem partem laxiſſimam liber-
rimamque habet. Ne tamen articulus
ille plane inſtabilis vagusque foret, to-
tus primo capſa membranacea, a ſcapu-
b 258. fin. la [b] ad humerum procedente, ejusque
capitis inaequabili radici inſerta, con-
tinetur: dein a dimidia ſuperiori parte
prominente ſepto (facto a ſummo hu-
c 259. mero [c], clavicula [d], proceſſu coracoide [e],
d 264. in. ligamentisque [3] latis & valentibus, quae
e 260. inter ſummum humerum & coracoidem
proceſſum intercedunt) circummunitus
eſt, atque coërcitus [2]; qua etiam de
cauſſa truncus humeris firmiter inniti
poteſt.

---

2 Ibid. in fin. Lib. I. Tab. I. 2. 3.
3 Euſtach. Tab. XXXIII. 44 ÷ 15. & $44\frac{1}{2}$ ÷ $15\frac{1}{2}$.

---

a 268. 269. A capitibus illis [a] paullatim in-
ſigni-

ſigniterque gracileſcunt[1]; ac deinde primo rectiores, medii fere paullatim & modice ad ſe invicem incurvantur[2], eo magis, quo propiores cubitis, ad meliorem amplexum. Similiter pars eorum dimidia inferior ad multas res modice in priora ſeſe flectit.

1 Veſal. Lib. 1. Cap. XXIII. Fig. 1. & 2.
2 Ibid. in fin. Lib. 1. Tab. 2. & 3.

270. Primum autem teretes quaſi craſſique, medii fere gracileſcunt, procedentesque paullatim lateſcunt, donec latiſſimi facti[1], apti ſint ad cubitos ſuſtinendos, educendosque musculos. Imaque ad extremum uterque primo medius fere deſinit in quandam trochleae, eamque fixam, *rotulam*[2], circum extremum humerum ab exteriori ejus parte in interiorem orbiculatam; totamque mediam fere, ac ſimiliter orbiculatim, ſinua-

1 Veſal. Lib. 1. Cap. XXIII. Fig. 1. & 2.
2 Ibid. K. L. M.

ſinuatam[3]; eminentibus utrimque latis gibbisque marginibus[4], quorum qui poſterior[5], is & plenior, magisque gibbus; totam quoque ab interiori humeri parte usque ad exteriorem nonnihil oblique in priora exporrectam, & laevi
a 274. cartilagine cruſtatam; qua ulnam [a] mobili junctura ſuſtinet[6].

Ad ſuperiorem iſtius rotulae partem ipſe humerus utrimque ſinuatus, ab exteriori quidem parte *ſinu*[7] *maximo*, ab interiori multo *minore*[8], diſcernente eos medio oſſe tenui, cedit ulnae proceſ-
b 274. fin. ſibus [b], ut cubitus & in rectum cum ſtabilitate extendi, & inſigniter flecti poſſit.

3 Ibid. K.
4 Ibid. L. M.
5 Ibid. L.
6 Ibid. in fin. Lib. I. Tab. I. 2. 3.
7 Ibid. Cap. XXIII. Fig. 2. O.
8 Ibid. Fig. I. N.

271. Deinde ad priora dictae rotulae, ab interiori parte, migrat in *caput*[1] ma-

1 Veſal. Lib. I. Cap. XXIII. Fig. I. P.

magnum, rotundum, gibbum, deorsum in exteriora nonnihil productum, aequabile, laevi cartilaginea crusta opertum; cum quo radius [a] committitur [2], articulo mobili. a 277.

2 Ibid. in fin. Lib. 1. Tab. 1. 2. 3.

272. Caeterum humeri musculis suis, aliisque ulnae, radii, extremae manus, ac digitorum, sedem & fundamentum praebent. Uterque *tubere* [1] magno, quod ad exteriorem capitis sui partem habet, Infraspinato & Tereti majori. *Tubere* [2] minore, eoque ad partem ejusdem capitis priorem, Subscapulari & Supraspinato. *Sinu* [3] autem oblongo, qui in summa parte inter caput & tuber illud majus incipiens, porro inter duo illa tubera deorsum fertur, continet Bicipitis longum tendinem. Deinde ipso *trunco* suo firmat Pectoralem & Deltoidem,

1 Vesal. Lib. 1. Cap. XXIII. Fig. 1. & 2. E.
2 Ibid. Fig. 1. D.
3 Ibid. H. I.

dem, ob id protuberans & inaequabilis: ac praeterea Latissimum dorsi, Teretem majorem, Coracobrachiaeum, Brachiaeum internum externumque, Brevem cubiti extensorem, Supinatorem longum. Ab inferiori parte musculorum caussa in tubera, quos *condylos*[4] dicunt, abit: quorum *prior*[5], idemque minor, educit Bicornem, Extensorem carpi ulnarem, Anconaeum, Supinatorem brevem: *posterior*[6], atque is multo major, Pronatorem teretem, Flexorem carpi radialem, Flexorem digitorum sublimem, Palmarem longum.

4 Ibid. Fig. 2. S. P.
5 Ibid. P.
6 Ibid. Fig. 1. & 2. S.

273. CUBITUS[1], pars magna brachii, sed humero brevior, constat ex ossibus duobus, *Ulna*[2] & *Radio*[3]: utrisque oblongis, gracilibus, valentibus.

274

1 Vid. citat. §. 254. 5. & Vesal. Lib. 1. Cap. XXIV. Fig. 1. & 2.
2 Vesal. l. c. Fig. 5. & 6.
3 Ibid. Fig. 3. & 4.

274. ULNAE summum *caput* [1] plenius est, & ab interiori parte per longitudinem profunde orbiculatimque exsectum: ac *sinu* [2] illo lunato recipit [3] humeri orbitam [a]; cui is aptissime congruit; similiter orbiculatus, medius per longitudinem suam eminens & ex transverso gibbus [4], ad utrumque latus ampliter sinuatus [5], praesertim ad posterius [6], & laevi cartilaginea crusta opertus; at totus tamen orbiculato humeri orbitae ambitu multo brevior. Ob quem articulum ulna ad humerum & in rectum extendi potest, exteriore eodemque superiore ac tumente ulnae extremo [7], quod *Olecranon* appellant, tunc in posteriorem [b] humeri sinum admisso, ejusque in fundum innitente; & summo capite

a 270. init.

b 270. fin.

1 Vesal. Lib. 1. Cap. xxiv. Fig. 1. & 2. A.
2 Ibid. Fig. 1. C. E. D. & Fig. ii. F. F. G. G. H. H.
3 Ibid. in fin. Lib. 1. Fig. 1. 2. 3.
4 Ibid. Cap. xxiv. Fig. ii. F. F.
5 Ibid. G. G. H. H.
6 Ibid. H. H.
7 Ibid. C.

pite ſuo circum humeri orbitam, alterum brachium verſus, verti, id eſt, ad angulum valde acutum flecti, donec ulna ſua interiore & eadem ſuperiore ac prominente parte [8] in ſinum humeri interiorem [b] recepta, ejusdem fundo occurrat; rurſumque per eandem viam redeundo, extendi.

8 Ibid. D.

275. Ima vero ſinus iſtius lunati pars, a priori parte, ubi radii caput ulnam contingit, anguſtior eſt, cedens capiti
a 277. iſti [a]; quod inſuper ipſa ulna leviſſime, ac mobili junctura, recipit per *ſinum* [1] levem, parvum, oblongum, transverſum, & per transverſum concavum, qui eſt ad priorem partem ſuperioris ulnae capitis, ſtatim ſub imo ſinu lunato ejus, continuam cum eo laevem cartilagineam cruſtam obductus.

1 Veſal. Lib. 1. Cap. xxiv. Fig. 11. l.

276. Ulna a capite ſuo ſuperiori rectius

ctius procedens, paullatim gracileſcit[1]; ad ipſum fere extremum ſuum in priora rurſus nonnihil intumeſcens[2], ac majori ex parte deſinens in *capitulum*[3] in interiora, & ſimul oblique in priora modice eminens, eaque parte per ambitum orbiculatum[4], & laevi cartilagine cruſtatum; quo extremum radium[a] ſuſti- a 278. in.
net[5], mobili articulo. Idem vero illud capitulum ſuam imam[6] partem retuſam habet: & eandem primo inaequabiliter ſinuatam[7], ad firmandum[8] cartilagineum quoddam latumque ligamentum[9], quod b 278. fin.
inde ad radium procedit[b]: dein juxta exteriorem ambitum aequabilem, planiorem, leviter gibbam[10], & laevi cartilagine

1 Veſal. Lib. 1. Cap. xxiv. Fig. 5. & 6.
2 Ibid. ad P.
3 Ibid. Q.
4 Ibid. Fig. 5. & 10. p.
5 Ibid. Fig. 1. & 2.
6 Ibid. Fig. 5. 6. 10.
7 Ibid. Fig. 10. S.
8 Ibid. Fig. 1. & 2. juxta R.
9 Ibid. T.
10 Ibid. Fig. 10. inter S. & p.

gine opertam, ad ſuſtinendum[11] idem illud ligamentum[b]; & quidem junctura quadam mobili.

At vero ad exteriorem capituli iſtius partem ulna in *proceſſum*[12] acutum migrat, qui ultra capitulum deorſum protenſus, ligamenta firmat.

11 Ibid. Fig. 1. & 2. ſupra Q.
12 Ibid. Fig. 1. 2. 5. 6. 10. R.

277. Ut tibiae fibula, ſic ulnae RADIUS additamentum[1] eſt; ſed mobile, & a priori parte adjunctum. Is autem incipit *capite*[2] magno & orbiculato, cui vertex retuſus, totusque modice ſinuatus & aequabilis[3] ac laevi cartilagine crua 271. ſtatus: eoque humeri caput[a] leviter recipit[4], ſic ut ex eo radius non modo ulnae flexionem extenſionemque ſequi commode poſſit, ſed ipſe etiam ad humerum

1 Veſal. Lib. 1. Cap. xxiv. Fig. 1. & 2. coll. cum Tab. ult. trib. Lib. 1.
2 Ibid. Cap. xxiv. Fig. 1. 2. 9. N.
3 Ibid. Fig. 9. O.
4 Ibid. in fin. Lib. 1. Tab. 1. 2. 3.

merum in utramque partem quasi circum axem suam converti, & quidem ulnâ ad humerum sive quiescente, sive mota, eademque vel extensa, vel ad quemcumque angulum flexa.

Et ut junctura illa stabilior sit, idem istud radii caput ulnae statim sub humero insidet[5], per sinum ejus [b] leviter receptum: utque simul ibidem radius ad ulnam facile converti posset, & capitis illius ambitus rotundus est, & qua ulnam spectat, inprimis aequabiliter orbiculatus latiorque[6], ac laevi cartilagine concrustatus, totusque sinui [b] ulnae congruens. b 275.

5 Ibid. & Cap. XXIV. Fig. 1. & 2.
6 Ibid. Fig. 3. 4. 9. m.

278. Hinc procedens, primo ulnam versus nonnihil tendit[1], sed mox ab ea paullatim modiceque leniter incurvus recedit[2], rursumque medius ulnam versus paul-

1 Vesal. Lib. 1. Cap. XXIV. Fig. 1. & 2. ab N. q versus.
2 Ibid. Fig. 2. à q, u versus, & sic Fig. 1.

paullatim ſe recurvat [3], donec ſua ima parte cum ea coeat [4], ejusque capitu-
a 276. lum [a] leviſſime recipiat *ſinu* [5] levi, patulo, oblongo, per longitudinem leniter cavo, & laevi cartilagine cruſtato. Quibus de cauſſis extremus radius ulnae capitulo ſuffultus, circum id ipſum in utrumque latus ſemiorbiculatim converti poteſt, dum caput ejus ſuperius ad humerum ulnamque ſe quaſi circum axem ſuam convertit: eoque radius cum recta ſecundum priorem ulnae partem protendi poteſt; tum etiam ſua ſuperiori parte ſe convertens, & tamen in eodem loco quaſi fixus manens, inde quo propior manui, eo paullatim magis magisque oblique circum ulnam immotam per interiora in poſteriora converti, & reſtitui rurſus. Retinet autem extremum radium, ac ſimul eundem circum ulnam converti ſinit, ligamentum [6] cartilagineum, quod acutum ex ul-

3 Ibid. ab u, usque ad extremum.
4 Ibid.
5 Ibid. Fig. 7. o.
6 Ibid. Fig. 1. & 2. T.

ulnae imo ſinu ac proceſſu enatum[7], ſub ejusdem capitulo radium verſus procedens lateſcit[8], atque extremo radii margini[9], qui ulnam ſpectat, latum inſeritur[10].

7 Ibid. ad R.
8 Ibid. Fig. 1. ab R. ad T.
9 Ibid. Fig. 8. ad T.
10 Ibid. Fig. 1. ad T.

279. Idemque ſub capite ſuo ſuperiore[a] primo craſſus[1], & quodammodo teres[1], procedens paullatim lateſcit[2], atque inferiori inprimis parte, ad manum excipiendam & ſuſtinendam, quo propior ei fit, eo magis intumeſcit[2]; modice alterum cubitum verſus ſe incurvans: ima denique parte deſinit in *ſinum*[3] amplum, levem, oblongum, a priori parte anguſtum[4], inde per longitudinem ſuam ulnam verſus paullatim la-

a 277.

1 Veſal. Lib. 1. Cap. XXIV, Fig. 1. 2. 3. 4. 9. M.
2 Ibid.
3 Ibid. Fig. 8. α. χ. z. y.
4 Ibid. α.

latiorem [5], medio transverſo oblongo gibbo leviterque eminente *tubere* [6] in duos ſinus [7] minores diſtinctum, laevem denique continuamque cartilagineam cruſtam obductum; cum quo carpi os
b 284. naviculare [b] lunatumque [c] mobili com-
c 289. mittuntur junctura.

5 Ibid. ab α, T verſus.
6 Ibid. z.
7 Ibid. x. y.
8 Ibid. in fin. Lib. 1. Tab. 1. 2. 3.

280. Atque adeo totus cubitus, utrisque oſſibus ſuis cum humero extremo,
a 274. articulis [a] mobilibus & per ligamenta
277. firmatis, commiſſus, alterum cubitum verſus in angulum valde acutum flecti poteſt, rurſumque in rectum extendi: privatimque radius circum ulnam oblique, maxime ima ſui parte, inſigniter
b 278. converti [b].

281. Ulna radiusque media majori ex parte ſe mutuo verſus exacuuntur [1], tandemque

1 Veſal. Lib. 1. Cap. XXIV. Fig. 1. & 2.

demque extremis acutioribus & inaequabilibus firmant ligamentum medium latum tenue valens, quo, haud secus atque cruris duo ossa, conjunguntur: pariterque locum & stabilitatem praebent musculis multis valentibusque, qui partim totum cubitum, partim solum radium movent, partim quoque ad manum, ejusque digitos pertinent. *Ulna* scilicet excipit extremum Extensorum cubiti tendinem, Anconaeum, Brachiaeum internum; sua superiori parte: educit Supinatorem brevem, Pronatorem quadratum, Flexorem carpi ulnarem, itemque Extensorem, Sublimem, Profundum, Extensores pollicis, indicisque. *Radius* insertionem praestat Bicipiti, *tubere* [2] magno & inaequabili, quod in sua superiori eademque interiori parte habet; deinde & Supinatoribus, Pronatoribusque: originem vero, pollicis Flexori longo, ejusdemque Extensoribus. Atque ab his etiam varie figurantur:

2 Ibid. Fig. 1. 2. 3. 4. q.

rantur: insuperque ad nonnullorum tendines deducendos sinuata sunt: *ulna* a priore sui extremi inferioris parte, inter capitulum processumque[3], pro extensore carpi ulnari. *radius*, a priori parte uno sinu, pro Extensoribus pollicis: ab exteriori, duobus, pro tendinibus Bicornis; alio, pro Extensore pollicis; alio, pro Extensore indicis, & digitorum communi: ab interiori denique parte[4], ad multos tendines ad volam deducendos.

3 Ibid. Fig. 2. & 6. V.
4 Ibid. Fig. 1. & 3. n.

282. Cubito extremo adjuncta *Manus*[1] constat ex *Carpo*[2], *Metacarpo*[3], & ex *ossibus Digitorum*[4].

1 Vesal. Lib. 1. Cap. xxv. Fig. 1. & 2.
2 Ibid. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.
3 Ibid. A. I. II. III. IV.
4 Ibid. tota reliqua extrema manus.

283. Carpi[1] ossa octo sunt: parva, mul-

1 Vesal. Lib. 1. Cap. xxv. Fig. 3. 4. 5. 6.

multiformia. Eaque in duos ordines componuntur: atque ad utrumque quatuor pertinent; ad primum, *Naviculare*[2], *Lunatum*[3], *Triquetrum*[4], *Subrotundum*[5]; ad secundum, *Multangulum majus*[6], *minusque*[7], *Capitatum*[8], *Cuneiforme*[9].

2 Ibid. Fig. 3. 4. 5. 1.
3 Ibid. 2.
4 Ibid. 3.
5 Ibid. Fig. 3. 5. 6. 4.
6 Ibid. Fig. 3. 4. 5. 6. 5.
7 Ibid. 6.
8 Ibid. 7.
9 Ibid. 8.

284. Os carpi NAVICULARE fere longissimum est; & primo in radii sinus [a] priorem partem levissime recipitur a 279.
sua superiori parte[1], ob id ampla, gibba, & laevi cartilagine crustata.

1 Vesal. Lib. 1. Cap. xxv. Fig. 2. 4. 5. 1.

285. Inde in priora producitur[1]; eaque

1 Vesal. Lib. 1. Cap. xxv. Fig. 2. & 4. ab 1. ad 5. 6. versus. conf. & Fig. 5.

que parte, qua illa exteriora, id eſt, dorſum manus, ac ſimul nonnihil deorſum ſpectat, abit in *caput* [2] magnum, leviter gibbum, oblongum, laevem cartilagineam cruſtam obductum, quo ſi-
a 298. nus oſſium multangulorum [a] ingredi-
304. tur [2].

2 Ibid. Fig. 2. & 4. inter 1. & 5. 6.

286. Porro ab inferiori parte per longitudinem totum fere ampliſſime ſatisque profunde *ſinuatum*, & laevi car-
a 307. tilagine cruſtatum, recipit [1] capitis [a] oſſis capitati partem priorem.

1 Veſal. Lib. 1. Cap. XXV. Fig. 2. & 4. inter 1. & 7.

287. Ad poſteriorem denique, eandemque interiorem ſinus iſtius partem, deſinit in ſuperficiem planiorem, oblongam, anguſtam, incurvam, cartilaginea laevi cruſta opertam; qua cum oſſe
a 288. lunato [a] committitur [1]. 288.

1 Veſal. Lib. 1. Cap. XXV. Fig. 1. 2. 3. 4. 5. inter 1. & 2.

288. Posteriori navicularis parti a os a LUNATUM, idque parvum & incurvum, adsidet [1], superficie planiore & conveniente, ac laevem cartilagineam crustam obducta. a 287.

1 Vid. citat. §. 287. 1.

289. Atque ejus quoque pars superior [1] ampla est, totaque modice gibba, & laevi cartilagine crustata; eaque similiter in posteriorem sinus a radii partem recipitur. a 279.

1 Vesal. Lib. 1. Cap. xxv. Fig. 1. 2. 3. 4. 5. 2.

290. Quin etiam pars ejusdem inferior ampla est, totaque profunde sinuata, & ab interiori parte in exteriorem lunata, laevique cartilagine crustata; ad recipiendam [1] posteriorem capitis a ossis capitati partem. a 307.

1 Vesal. Lib. 1. Cap. xxv. Fig. 2. & 4. inter 2. & 7.

291. Postremo cum osse triquetro a a 921.

committitur [1] parte ſua poſteriore; quae ampla, planior, leviſſime gibba, & laevi cartilagine cruſtata.

1 Veſal. Lib. 1. Cap. xxv. Fig. 1. 3. 2. 4. 5. inter 2. & 3.

292. Namque ad poſteriorem oſſis
a 291. lunati [a] partem OS TRIQUETRUM, atque id parvum, applicatum eſt [1], ſuperficie ampla ac plane conveniente, & laevi cartilagine cruſtata.

1 Vid. citat. §. 291. 1.

293. Hoc a junctura illa totum retrorſum ſimulque modice deorſum procedit [1], paullatim gracileſcens; ac ſuam ſuperiorem partem [2], juxta os lunatum, amplam, gibbam, laevemque habet; ea-
a 278. fin. que ad ligamentum [a], quod ab ulna ad radium pertinet, admovetur.

1 Veſal. Lib. 1. Cap. xxv. Fig. 2. & 4. 3.
2 Ibid. ſub 3.

294. At vero inferior ejus pars, jux-

ta

ta idem illud os lunatum, multo amplior eſt, planior, ad interiorem & ad poſteriorem manus partem leviter ſinuata, media nonnihil eminens, gibbaque, ac tota laevi cartilagine cruſtata: committitur[1] autem cum oſſe cuneiformi[a]. a 310.

1 Veſal. Lib. 1. Cap. xxv. Fig. 1. 3. 2. 4. inter 3. & 8.

295. Ipſum denique extremum ejus, in acutum deſinens, ex interiori parte *capitulum* exigit leviter gibbum, oblongum, ovatum, & laevi cartilagine cruſtatum; cui oſſiculum ſubrotundum[a] a 297.
jungitur[1].

1 Veſal. Lib. 1. Cap. xxv. Fig. 1. 3. 5. inter 3. & 4.

296. Tria autem illa oſſicula ſimul ſuis ſuperioribus partibus faciunt unum *caput*[1] magnum, oblongum, gibbum, laeve; quod cum radii ſinu[a], & cum a 279.
li-

1 Veſal. Lib. 1. Cap. xxv. Fig. 1. 3. 2. 4. 5. 1. 2. 3.

b 278. fin. ligamento [b] ab extrema ulna ad radium deducto, committitur[2], articulo, quem in omnem partem facile insigniterque flectimus.

Eadem ab inferiori parte committun-
c 312. tur cum secundo [c] carpi ossium ordine, mobili articulo. Et quidem primo efficiunt *caput* satis magnum, oblongum, planius, gibbum, laeve, factum a na-
d 285. viculari [d] solo, receptumque per si-
e 312. med. num [e] secundi ordinis ossium: deinde, ad posteriorem capitis illius partem, *sinum* amplum, oblongum, laevem, unoquoque istorum ossium aliquid ad
f 286. 290. 294. eum conferente [f]; qui recipit secundi ordinis ossium caput [e].

Et cum suis planioribus, angustis, laevibusque sese contingant lateribus, & ligamentis laxius adstricta sint, facillime obsequuntur, atque se accommodant.

2 Ibid. in fin. Lib. Tab. 1. 2. 3.

297. His SUBROTUNDUM additum est: quod minimum omnium, & quasi ro-

rotundum, assidet [1] triquetro [a], superficie planiore, leviter gibba, laevi cartilagine crustata, mobili articulo; atque inde in interiora eminens & inaequabile, excipit tendinem Flexoris carpi ulnaris, patellae instar; ipsum quoque ligamento crasso & valente ad os metacarpi manus quartum religatum; ac praeterea minimi digiti musculum educens. a 295.

1 Vid. citat. §. 295. 1.

298. Primum secundi ordinis ossiculorum, quod MULTANGULUM MAJUS dicimus, a priori manus parte positum, primo in superiorem partem suam ampliter, sed levissime sinuatum est; eoque sinu, laevi cartilagine crustato, capitis [a] ossis navicularis partem recipit [1]. a 285.

1 Vesal. Lib. 1. Cap. XXV. Fig. 2. & 4. inter 1. & 5.

299. Hinc deorsum procedens latescit, ac majorem partem abit in superfi-

ciem [1] amplam, oblongam, ſecundum longitudinem ſuam ſinuatam [2], ex transverſo gibbam [3], totam oblique ad priora ſpectantem, & laevi cartilaginea cruſta opertam; qua os metacarpi polli-
a 322. cis [a] ſuſtinet [4], mobili articulo.

1 Veſal. Lib. 1. Cap. xxv. Fig. 6. G.
2 Ibid. ab a. ad b.
3 Ibid. à c. ad d.
4 Ibid. Fig. 1. & 2. inter 5. & A.

300. Suo deinde extremo, qua id pri-
a 317. mum os metacarpi manus [a] ſpectat, ejus ipſius partem ſuſtinet [1], ſuperficie [2] exigua, oblonga, ovata, oblique poſita, & laevi cartilagine cruſtata.

1 Veſal. Lib. 1. Cap. xxv. Fig. 2. inter 5. & Q.
2 Ibid. Fig. 6. h.

301. Qua denique multangulum mi-
a 302. nus [a] reſpicit, eidem jungitur [1] ſuperficie ampla, oblonga, per longitudinem modice cava, per transverſum nonnihil gib-

1 Veſal. Lib. 1. Cap. xxv. Fig. 2. 4. 1. 3. 6. in er 6. & 5.

gibba, & similiter cartilagine laevi crustata.

302. Igitur MULTANGULUM MINUS posteriori majoris [a] parti junctum [a] est [1], superficie conveniente & laevem cartilagineam crustam obducta. a 301.

1 Vid. citat. §. 301.

303. Idemque sua posteriori parte recipit [1] capitatum [a], *sinu* satis amplo, levi, & laevi cartilagine crustato. a 306.

1 Vesal. Lib. 1. Cap. xxv. Fig. 2. 4. 1. 3. 6. inter 6. & 7.

304. Sic multangulo majori capitatoque interjectum, a superiori parte gracilius est, sinuatumque, & laevi cartilagine crustatum, ad recipiendam [1] partem capitis [a] ossis navicularis. a 285.

1 Vesal. Lib. 1. Cap. xxv. Fig. 2. & 4. inter 1. & 6.

305. Ab ea deorsum versus intumescit,

ſcit, deſinens in ſuperficiem [1] amplam, oblongam, per longitudinem ſuam modice cavam, ex transverſo gibbam; qua
a 317. maximam oſſis primi metacarpi manus [a] partem ſuſtinet [2].

1 Veſal. Lib. I. Cap. xxv. Fig. 6. 6. H.
2 Ibid. Fig. I. & 2. inter 6. & I.

306. CAPITATUM maximum craſſiſſimumque omnium eſt; medium inter
a 303. multangulum minus [a] & cuneiforme [b]
b 309. interpoſitum, atque utrique junctum [1], ſuperficie conveniente, & laevi cartilagine cruſtata.

1 *Multangulo minori*, vid. citat. §. 303. *Cuneiformi*, Veſal. Lib. I. Cap. xxv. Fig. I. 3. 2. 4. 6. inter 8. & 7.

307. Incipit autem *capite* [1] magno, gibbo, laevi cartilagine cruſtato; quod
a 286. in ſinum, a naviculari [a] & lunato [b] fa-
b 290. ctum, recipitur [2].

308.

1 Veſal. Lib. I. Cap. xxv. Fig. 2. 4. ſub 7.
2 Ibid. inter 7. & I. 2.

308. A quo ad metacarpum procedens, tum in exteriorem tum in interiorem manus partem aliquantum intumeſcit, ſuaque ima latiore parte [1] ſuſtinet tria metacarpi manus oſſa [a], totidem diſtinctis, & continuam laevem cartilagineam cruſtam obductis, ſuperficiebus: & primo quidem partem oſſis primi [2], ſuperficie oblonga, anguſta, leniterque cava; deinde totum os ſecundum [3], ſuperficie media, ampliſſima, planiore; denique plerumque oſſis tertii partem, ſuperficie exigua. a 317.

1 Veſal. Lib. I. Cap. xxv. Fig. 6. 7.
2 Ibid. Fig. I. inter 7. & I.
3 Ibid. Fig. I. & 2. inter 7. & 2.

309. Poſtremo OS CUNEIFORME, idque magnum & craſſum, ad poſteriorem capitati partem admotum eſt; in hiatum, qui inter capitatum triquetrumque relinquitur, quaſi cunei inſtar inſertum, & ea re a ſuperiori parte tenue [1], atque inde deorſum verſus intume-

1 Veſal. Lib. I. Cap. xxv. Fig. 2. & 4. 8.

a 306. meſcens [1]. Itaque os capitatum [a] contingit [2] ſuperficie ampla, leviſſime protuberante.

2 Ibid. Fig. 1. 3. 2. 4. 6. inter 8. & 7.

310. Sed altero latere committitur [1]
a 294. cum triquetro [a], ſuperficie ampla, gibba per longitudinem, dein ad priorem & ad poſteriorem manus partem protuberante, media leniter ſinuata, totaque laevi cartilagine cruſtata.

1 Vid. citat. §. 294. 1.

311. Ejus denique inferior tumidula pars tota deſinit in ſuperficiem amplam, oblongam, laevi cartilagine cruſtatam, atque in duas, nonnihil oblique poſitas, diſtinctam [1]; quibus duo metacarpi ma-
a 317. nus oſſa [a], tertium quartumque, ſuſtinet [2].

1 Veſal. Lib. 1. Cap. xxv. Fig. 6. L. M.
2 Ibid. Fig. 1. & 2. inter 8. & III. IV.

312. Quatuor haec ſecundi ordinis oſſi-

officula suis alia alia contingentia lateribus, ligamentis insuper, vel ambientibus, vel intervenientibus, firmiter colligata sunt; eoque fit unius ossis, quodammodo obsequiosi, species, quod sua superiori parte cum primo ordine [a] committitur, inferiori sustinet metacarpum manus [b], pollicisque [c].

a 296. med.
b 317.
c 322.

Quocirca a superiori parte habet primo *caput* magnum, oblongum, gibbum, (factum a capitato [d] & a cuneiformi [e]) quod recipitur per sinum [f] primi ordinis. Deinde ad priorem capitis istius partem *sinum* minorem, oblongum, modice cavum, (factum a multangulis [g]) ac caput [f] primi ordinis recipientem. Ex quo primi ordinis cum secundo junctura mobilis est; praesertimque in interiorem, atque etiam in exteriorem partem flecti potest.

d 307.
e 310.
f 296. med.
g 298. 303.

At ab inferiore parte, ad metacarpum manus [h] itemque pollicis [i] sustinendum, abit in superficiem [1] amplam, oblongam, inaequabilem, hic sinuatam illic eminentem.

h 317.
i 322.

313.

---

1 Vesal. Lib. 1. Cap. xxv. Fig. 6, 8. 7. 6. 5. M. L. K. H. G. h.

313. Eſt autem carpi inter cubitum manumque interjectu certa juncturae manus cum cubito mobilitas. Nam ex articulo cubiti cum primo carpi ordine flecti poteſt in priora, atque in averſum: ex utrisque ſimul, id eſt, tum cubiti cum primo carpi ordine, tum primi cum ſecundo, multo inſignius & aequabiliter, ac cum ſtabilitate, in interiorem, itemque in exteriorem partem curvari.

314. Caeterum omnia ſimul ab exteriori parte ſuperficiem faciunt gibbam & ſatis aequabilem[1]: ab interiori autem per transverſum ſinuatam, inaequabilem[2], ligamentis perpetuis obductam, & aequatam; eumque ſinum, ad poſteriorem partem, prope manum, inſigniter auget *proceſſus*[3] oblongus, latus, tenuis, qui ex parte *oſſis cuneiformis* eadem & interiore & inferiore, in interiora eminet, modice ſinum verſus incurva-

1 Veſal. Lib. 1. Cap. xxv. Fig. 2. & 4.
2 Ibid. Fig. 1. & 3.
3 Ibid. Fig. 1. 3. 6. O.

vatus: deducit autem tendines Sublimis, Profundi, Flexoris pollicis longi, Palmaris longi, Flexoris carpi radialis; nervos, arterias, venas: privatimque *os multangulum majus* ex interiori parte *ſinum* [4] oblongum, profundumque habet, qui tendinem Flexoris carpi radialis continet.

Adde quod praeter deſcriptas partes tota inaequabilia, ſinuata, gibberaque ſint, ad firmanda ligamenta, quibus & inter ſe, & cum cubito, & cum metacarpo colligantur. Ac denique *cuneiformis proceſſus* [a] originem praeſtat a Huj. in.
minimi digiti Abductori, ejusdemque Flexori parvo: *multangulum* vero *majus*, pollicis Abductori, Flexoribusque parvis; excipiens quoque partem Extenſoris oſſis metacarpi pollicis, & Flexoris carpi radialis: utraque firmant ligamentum transverſum, quod tendines in ſinu carpi continet.

4 Ibid. Fig. 1. & 3. ad P.

315. A carpo, non ſecus atque a

a 236. tarſo [a], oſſa quinque procedunt, e quibus METACARPUS [1] eſt. Ea pariter oblonga, gracilia, valentia, & alia juxta alia poſita. Metacarpi autem una pars ad manum pertinet, altera ad pollicem.

1 Vid. citat. §. 282. 3.

316. *Metacarpi manus* oſſa ſunt quatuor [1]. Ac *primum* [2] inter ea longiſſimum: ab eo *reliqua* [3] paullatim breviora. Craſſiſſima etiam *duo prima* [4]: *tertium quartumque* graciliora [5].

1 Veſal. Lib. 1. Cap. xxv. Fig. 1. & 2. I. II. III. IV.
2 Ibid. I.
3 Ibid. II. III. IV.
4 Ibid. I. II.
5 Ibid. III. IV.

317. Omnia etiam incipiunt *capitibus* [1] craſſis, multiformibus, inaequabilibus.
a 312. fin. Atque haec carpo [a] ſuis verticibus amplis, inaequabilibus, & perquam diverſis

1 Veſal. Lib. 1. Cap. xxv. Fig. 2. Q. & ſic in reliquis.

ſis inter ſe, ſed cum carpo aptiſſime convenientibus, & laevi cartilagine cruſtatis, ſtrictiſſime coagmentantur alligantur-que; ſic ut vix obſequantur. Nempe *primum*, primo & praecipue multangu-
lo [b] minori [2]; ſuperficie ampliſſima: de- b 305.
inde [c] majori [3]; exigua, quam ad prio- c 300.
rem partem ſuam habet: tum [d] capita- d 308.
to [4]; anguſta & oblonga, quae ad partem ejus poſteriorem eſt. *Secundum*,
[e] capitato [5]; una ampla. *Tertium*, [f] cu- e 308.
neiformi [6]; ampla leviterque gibba: de- f 311.
inde plerumque capitato [g]; exigua. g 308.
Quartum ſoli [h] cuneiformi [7], ampla gib- h 311.
baque.

---

2 Vid. citat. §. 305. 2.
3 Vid. citat. §. 300. 1.
4 Vid. citat §. 308. 2.
5 Vid. citat. §. 308. 3.
6 Veſal. l. c. Fig. 1. & 2. inter 8. & III.
7 Ibid. inter 8. & IV.

---

318. Eademque capita ſuis quoque lateribus alia aliis juncta ſunt [1]. Et primo

---

1 Veſal. Lib. 1. Cap. xxv. Fig. 1. & 2.

mo se contingunt superficiebus inter se aptis, & laevi cartilagine crustatis. *Secundum* lateris sui, quo tertium respicit, margine superiore toto, eoque leviter prominulo, & ad exteriorem pariterque ad interiorem manus partem ampliore, insidet superiori plane convenienti margini lateris *tertii*, quod secundum spectat. *Tertium* ad superiorem partem sui lateris, quartum respicientis, duos parvos sinus habet, alterum posteriorem amplioremque, alterum priorem & minorem; quibus recipit capitula convenientia, quae eminent ad superiorem partem lateris *quarti*, spectantis tertium. *Quarto* ejus lateris, quo quintum respicit, margo superior ampliter sinuatus est; eoque recipit leviter prominulum gibbumque caput, quod *quintum* ad superiorem partem lateris, quartum spectantis, habet.

Deinde reliquum laterum istorum inaequabile est, firmatque ligamenta valentia, quibus alia ad alia pertinaciter alligata tenentur.

319. Quin etiam a capitibus illis deorsum

orſum procedentia gracileſcunt[1], rurſumque paullatim inſigniterque intumeſcunt[1], donec in *capita*[2] quoque deſinant. Ea autem omnibus majora, quam metatarſo ſunt, admodum gibba, & ab exteriori manus parte per imam in interiorem orbiculata; praeſertimque per interiorem illam partem ſurſum producta, ac laevi cartilagine cruſtata: ſimiliterque digitos [a] ſuſtinent[3], mobilibus articulis. a 327.

1 Veſal. Lib. 1. Cap. xxv. Fig. 1. & 2. & Cap. xxvii. Fig. 1.
2 Ibid. Cap. xxv. Fig. 1. R. & ſic in reliquis, & Cap. xxvii. Fig. 1. C.
3 Ibid. Cap. xxv. Fig. 1. & 2.

320. Omnia haec oſſa per longitudinem pariter incurva; ex interiori parte concava[1], extrinſecus gibba[2]. Ponuntur autem alia juxta alia, continua ſerie[3]: ex quo ſimiliter cratis ſpecies[3]; quae

1 Veſal. Lib. 1. Cap. xxv. Fig. 1. I. II. III. IV.
2 Ibid. Fig. 2. I. II. III. IV.
3 Ibid. Fig. 1. & 2. I. II. III. IV.

quae ex interiori parte concava, amplam manus volam facit; extrinsecus gibba, dorsum. Eadem suis superioribus capitibus alia alia proxime contingentia, inde autem satis insigniter divergentia, palmam juxta carpum angustam, inde digitos versus latescentem producunt [3]: quae & sua inferiori parte cum stabilitate obsequiosa est; eo quod inferiora metacarpi capita longiori intervallo disjuncta sunt [4], & ligamentis, quae inter capita ista interveniunt, eorumque lateribus, quibus se invicem respiciunt, eam ob caussam planioribus & inaequabilibus, inseruntur, retinentur: maxime tamen tertium quartumque imis capitibus suis tum in exteriorem, tum in interiorem partem mobilia sunt.

4 Ibid.

321. *Pollex* unum tantummodo metacarpi os [1] habet; quod brevius [1], sed crassum [1] valensque.

322.

1 Vesal. Lib. 1. Cap. xxv. Fig. 1. & 2. A.

322. Hujus capiti superiori vertex ab interno latere in externum insigniter gibbus, simulque a priori parte in posteriorem modice sinuatus: eoque partim recipit convenientem imam partem ossis multanguli majoris [a], partim ab eadem recipitur [1], articulo, qui & in priorem atque in aversam partem, & in utrumque latus insigniter flecti potest. a 299.

1 Vid. Citat. §. 299. 4.

323. Inde etiam deorsum procedens gracilescit [1], medium fere paullatim intumescens [1], donec in *caput* desinat [2]: quod similiter ab externa sui parte per inferiorem in interiorem gibbum; sed ima parte planius & quasi retusum; per transversum levissime gibbum; totum laevi cartilagine crustatum; sustinetque pollicem [a], ejusdemque ossa [b] sesamoidea [1], articulis mobilibus. a 327. b 328.

324.

1 Vesal. Lib. 1. Cap. xxv. Fig. 1. & 2.
2 Ibid.

324. Per longitudinem porro ſuam leniter incurvum, & ab interiori parte inſigniter concavum, ibidemque per transverſum gibbum, extrinſecus rectius & planius. Jamque ad priorem eandemque interiorem primi oſſis metacarpi manus partem apponitur; cava parte ſua ad volam converſum: & ſuperiori quidem capite oſſi iſti propinquum; inde autem ab eodem inſigniter abſcedens; liberum, totumque mobile.

Veſal. Lib. 1. Cap. xxv. Fig. 1. & 2. A.

325. Sunt denique metacarpi manus, pollicisque oſſa musculorum fundamenta. Namque primo tendines excipiunt: *pollicis* os, Extenſoris ſui, itemque Flexoris, & Adductoris ad indicem; *primum manus*, ſuo ſuperiori capite, Flexoris carpi radialis, & Bicornis unum; *ſecundum*, Bicornis alterum; *quartum*, Extenſoris carpi ulnaris, ac ligamentum quod os carpi ſubrotundum retinet. Deinde musculos educunt: *pollicis*, Abductorem indicis; *manus primum*, Fle-

Flexorem pollicis brevem, ejusdemque Adductores; *manus quatuor*, Interosseos; *quartum* insuper, Flexorem parvum minimi digiti, & Palmarem brevem. Atque ab his varie finguntur.

326. Metacarpus quoque in DIGITOS *quinque* [1] vertitur: manus quidem, in *Indicem*, *Medium*, *Annularem*, *Minimum*; pollicis autem, in *Pollicem*. Hi similiter quidem, ac pedum illi [a], graciles sunt, oblongi, recti; sed quasi perfectiores [1]. Namque multo longiores sunt [1]: inter eos autem *medius* longissimus [1]; post hunc, qui claudunt ei utrumque latus [1]; *minimus* praecedentibus longe brevior [1]; brevissimus *pollex* [1]. Sunt etiam crassiores [1]; praeter pollicem, qui multo quam pollex pedis tenuior, crassior tamen reliquis manus digitis [1]; quorum gracillimus, qui brevissimus. Similiter porro ex ossibus *ternis* constant [2]: & *pollici* quoque medium non da-

a 243.

1 Vid. citat. §. 282. 4.

2 Vesal. Lib. 1. Cap. xxv. Fig. 1. & 2. D. E. F. & sic in caeteris.

tum; itaque ut in pede [a] duo tantummodo habet [3]. Omnia autem ſatis longa ſunt [1]: ac *primi ordinis* longiſſima [4]; *ſecundi* aliquantum breviora [5]; *tertii* rurſus breviora [6]; quod & ad *pollicem* pertinet [7], niſi quod ejus *primum* os non aeque multum excedat *ultimum* [7]. Denique extrema utrimque capita his tantummodo paullum ſupra truncos tument [1]: totaque oſſa ex craſſis, quo magis deorſum procedunt, graciliora [1].

---

3 Ibid. B. C.
4 Ibid. D.
5 Ibid. E.
6 Ibid. F.
7 Ibid. B. C.

---

327. Jam & *primi ordinis* oſſa in verticem ſinuantur [1]; iisque *ſinibus*, laevem cartilagineam cruſtam obductis, re-
a 319. cipiunt [2] metacarpi capita [a], articulis,
323. quos etiam capſae membranaceae continent, quique in omnem partem flecti poſſunt: in *manu* quidem, primo praecipue

---

1 Veſal. Lib. 1. Cap. XXVII. Fig. 1. D.
2 Vid. citat. §. 318. 3.

cipue in volam, dein in externum latus, tum quoque insigniter in priorem partem, & in posteriorem; in *pollice* autem, praesertim in exteriorem partem, minus in volam, minimum in utrumque latus.

328 Atque ex his quoque primum pollicis os duo plerumque SESAMOIDEA [1] habet, ad partem suam superiorem eandemque volam spectantem religata: sed minora, & ad gibbam capitis inferioris ossis metacarpi pollicis partem, quae volam respicit, admota [2]; iisque partibus leniter concava [3], & cartilagine laevi crustata. His autem Flexor pollicis brevis inseritur. Eademque tendinem Flexoris longi per medium intervallum suum tuto procedere sinunt: ac porro in reliquis cum iis pedis [a] conveniunt. a 245.

Nonnunquam & iisdem in manu articulis quaedam quasi sesamoidea natura

1 Vesal. Lib. 1. Cap. XXVIII. Fig. C. D.
2 Ibid. Cap. XXV. Fig. 1. & 2. T.
3 Ibid. Cap. XXVIII. Fig. C.

tura tribuit [4]. Raro autem ſequenti-
b 324. 325. bus [b] articulis [5].

4 Ibid. Cap. xxv. Fig. 1. v. v. &c. Euſtach. Tab. xlvii. Fig. 25.

5 Veſal. l. c. xx. Euſtach. l. c.

329. Inferioribus *primi ordinis* oſſium capitibus [1], & ſuperioribus [2] *ſecundi ordinis digitorum quatuor*, ac *pollicis ultimi*, eaedem figurae ſunt,
a 246. quae & iisdem in pede [a]; ſed perfectio-
247. res: (quas autem partes poſteriores in pede, hic ſuperiores dicimus; quas ſuperiores, exteriores; quas inferiores, interiores). Ergo etiam articuli [3] iidem, eodemque modo firmati, mobilesque.

Pollicis autem *primi ordinis* os ſui capitis inferioris orbitam ab exteriori parte ſurſum verſus productiorem habet: ex quo articulus ille, oſſis primi cum ulti-

1 Veſal. Lib. 1. Cap. xxvii. Fig. 2. G. L. H.

2 Ibid. I. M. K.

3 *In digitis*, Ibid. Cap. xxv. Fig. 1. & 2. inter E. & D.
In pollice, Ibid. inter B. & C.

ultimo, in exteriora ſatis inſigniter fle-
cti poteſt.

330. At capitibus inferioribus [1] *ſecundi ordinis* oſſium, *digitorum quatuor*, eadem figura, quae inferioribus primi ordinis in manu [a]: & ſuperioribus [2] *tertii ordinis*, eadem, quae & ſuperioribus ſecundi ordinis in manu [a]. Eaque de cauſſa articuli [3] quoque toti iidem; ſed minores.

a 329.

1 Veſal. Lib. 1. Cap. XXVII. Fig. 3. N. caput inferius.
2 Ibid. O. caput.
3 Ibid. Cap. XXV. Fig. 1. & 2. inter E. & F.

331. Quas ob res etiam his digitis totis ad metacarpum certa mobilitas eſt: & quidem praeſertim flecti poſſunt in volam; pollex autem minus quam caeteri: deinde in diverſum, id eſt, ex propinquis inſigniter alii ab aliis abduci; ac rurſus adduci; excepto pollice: denique modice in partem, quae volae opponitur; at pollex fere inſignius. Tum vero, ut in pede [a], ipſi & recti eſſe queunt, & aequabiliter in volam ſe curvare.

a 250.

332. Omnia quoque digitorum ossa extrinsecus aequabilia sunt, & ex transverso quasi [1] teretia; ex interiori parte lata & planiora [2]; totaque in interiorem partem incurva [3]; ad eosdem, atque in pe-
a 251. de [a], usus. Quorum itidem ad similitudinem tertii ordinis ossa priorem partem habent latiorem, per ambitum quasi ovatam, & in internam partem inaequabiliter protuberantem.

Insertiones denique praestant musculis. *Primi ordinis digitorum quatuor*, capitibus suis superioribus, utrimque Interosseis, sicut in pede [a]: *pollicis primum*, Abductori suo, & uno de Adductoribus, atque etiam Extensori: *indicis primum*, Abductori suo: *auricularis primum*, Flexori suo. *Secundi ordinis*, capitum superiorum interiori parte, Flexori sublimi: exteriori, Extensori communi; ac praeterea *indicis*, Extensori proprio suo. *Tertii ordinis digitorum quatuor*, capitum superiorum exte-

1 Vesal. Lib. 1. Cap. xxv. Fig. 2.
2 Ibid. Fig. 1.
3 Ibid. Fig. 1. & 2.

exteriori parte, Interosseis cum Lumbricalibus; *eminentia* aspera, quam in media interiore parte habent, Flexori profundo: eodemque modo *pollicis* ultimi ossis caput superius, sua exteriore parte, Extensori suo; ac media interiore eminente aspera parte, Flexori longo suo. Ad haec *primi* & *secundi ordinis* ossibus margo uterque, ex interiori parte, inaequabilis est, & asperiusculus, ad firmanda ligamenta, quae tendinibus Flexorum orbiculatim obducuntur.

333. Manus natura extremis cubitis affixit ad apprehendendum; & quidem multiplici ratione. Ob id a cubito strictiore paullatim carpus, & deinde metacarpus, se pandunt in latum. Ac metacarpi quatuor longissima ossa, quae proprie ad manum pertinent, simul faciunt unam amplam, planiorem, leniter in interiora concavam partem: eamque, ut stabilis sit, & sustinere queat comprehensa, per longitudinem suam rigentem: utque simul ex planiore concava fieri possit, ac comprehendendis accom-

commodari, per transversum obsequentem, maxime qua parte latissima est, id est, prope digitos; atque ibi etiam praesertim ad posticam manus partem. Haec deinde pars digitis quatuor augetur; qui proprie apprehendunt. Igitur oblongi, atque in interiorem partem modice incurvi, & extendi possunt, id est, quasi aperiri; & ex rectis in interiorem partem per varios gradus curvari, donec suis extremis extremum contingant metacarpum. Quam ob rem non ex uno osse rigidi sunt, sed ex pluribus flexiles: & quidem in internam partem; sed, neque in externam, neque in latera, ut plus firmamenti ac roboris habeant. Eademque de caussa ex paucis ossibus constant. Ex ternis autem; ut, quamvis ex oblongis rigidisque ossibus sint, tamen aequabiliter quasi in arcum se curvare, & apprehendenda multiformiter circumplicare queant. Et ut extremis suis commode firmiterque, etiam parva corpuscula, apprehendere, & pertinaciter retinere possint, prima ossa sua longissima habent, secunda breviora, ter-

tertia breviſſima: quocirca & ex craſſis paullatim gracileſcunt, & in parvum rotundumque deſinunt. Toti autem ad metacarpum mobiles: primo inſigniter ac praecipue in volam; quo in eam flecti queant, ac ſic volae, ipſi primo recti, dein paullatim incurvati, obviam ire; donec vel ampla curvatura facta, ſuis extremis pertingant fere ad principium metacarpi; vel per varios gradus magis incurvati, ad quamcunque cavae volae partem; ad manum per varios gradus, & diverſimode claudendam: tum deinde modice in exteriorem partem, ad explicandam eandem, inſigniterque aperiendam. Diſcreti praeterea, ut vel omnibus ſimul, vel uno, vel aliquibus, multipliciter uti poſſimus. Denique in utrumque latus ad metacarpum mobiles; maxime ſi recti cum metacarpo; eo minus, quo magis flexi: itaque diduci poſſunt, & a metacarpo paullatim in latum expandi, explicata manu. Et directo quidem ordine alii aliis adſtant, rectaque in volam ſe curvant, cum vola planior. At eadem per transverſum juxta digitos con-

 cava,

cava, ipsi digiti adducti modiceque flexi, unum cum ea veluti cavum formant: diducti autem in semiorbem ponuntur, ac maxime tertius quartusque pollicem versus se convertunt; tunc vero se curvantes, suis extremis paullatim coëunt: in volam autem omnes simul, nisi recte, curvari nequeunt. Huic manui parva quaedam manus adjutrix data est, cui pollicis nomen. Itaque majori manui in universum quidem similis, sed multo brevior, e singulis, & ob id valentibus, ossibus constat. Ac pollex totus suo principio cum carpo mobili committitur junctura; ut a manu abduci, ad eandem adduci, eidemque opponi plurimis modis queat. Ponitur autem a latere, ut cum reliqua manu explicatus, palmam amplam planioremque efficere possit: rursumque in interiora surgens, cum posteriore volae parte, similiter surgente, cavam volam. Et quidem merito juxta indicem, id est, praecipuam, stabiliorem, majoremque manus partem. Atque juxta ejusdem interiorem partem, ut totus in volam flecti, & volae, caeterisque

di-

digitis opponi poſſit. Itaque & in volam, caeterosque digitos verſus ſe curvat. Ejus autem diſcreta pars ad ſuum metacarpum maxime in exteriorem partem, id eſt, a reliquis digitis flectitur, ad totam manum maxime aperiendam: minus in interiorem, quoniam caeteris digitis tantum neceſſe habet occurrere: vix in utramque partem, ad majus robur, & quia ſingularis, totusque pollex ad carpum ſatis in eas partes mobilis. Quapropter manu & pollice ex contrariis partibus apprehendimus. Nam & pollicis metacarpus reliquae volae occurrere, & totus pollex digitique quatuor invicem obviam ire poſſunt. Atque ut digiti quatuor in volam flexi, eidem ſuis extremis occurrunt; ſic pollicem verſus flexi, cum ejusdem extremo, ob id lato & valente, coëunt. Et cum digiti diſcreti ſint, vel unus ex iis, atque is quicunque, vel plures, vel omnes ſimul cum pollice conveniunt. Quin & cavata vola, & digitis polliceque in orbem diductis, & ad ſe invicem ex omni parte incurvatis, comprehendimus undique

 fir-

firmiterque. Porro ut digiti cum pollice magnum quid complecti possint, longi sunt: sed non nimis, ne infirmi. At quatuor juxta se positi longissimi sunt, ut cum vola comprehendere possint. Pollex autem cum solus sit, & eum versus inprimis digiti curventur, ipse brevior est, crassior, ac sic valentior: ex ossibus praeterea duobus; quod non aeque multum, ac reliqui, in arcum curvatur. Itaque extremus quisque digitorum cum extremo pollice velut in orbiculum coire potest. Jamque pollicis ultimum os portione longius est, & ad primum in exteriora modice flecti potest; ut digitis pollicem versus curvatis, ipse extremus pollex contrario modo quodammodo incurvatus, tota interiore extrema sui parte cum digitis convenire, eosdemque late contingere possit. Quin & ipsi extremi digiti, ut cum pollice melius convenire possint, in exteriora nonnihil curvari queunt. Ea insuper singulorum digitorum, pollicisque longitudo est, ut in orbem diducti, suis simul extremis in unius quasi circuli ambitum coire possint;

ſint: eumque, dum ad ſe invicem aequabiliter curvantur, paullatim minorem, donec ipſis extremis ſuis conveniant: ex quo apti ſunt, ad rotunda corpora aequabiliter circumplectenda. Ac ſecundus digitus longiſſimus eſt & valentiſſimus: itaque cum pollice eximiam vim habet. Hunc unus ab utraque parte juvat: utrique breviores, debiliores, & fere ſimiles inter ſe. Tertius denique minimum adjutorem accepit. Ob quam rem etiam ſimul in volam ita flecti queunt, ut parvus digitus medium ſpatium fere nullum relinquat: inde reliqui usque ad pollicem, fere paullatim majus: cui denique pollex quoddam quaſi operculum eſt. Ergo ex his omnibus manus aptiſſimae factae ſunt ad contrectanda, apprehendenda, comprehendenda, retinenda, magna, parva, minima, ſolida, fluida, rotunda, recta, cava, quadrata, anguloſa, figuras denique omnes; multiplicibus variisque modis: & quidem vola & uno, eoque quocunque, ex digitis, vel pluribus, vel omnibus ſimul: rurſum iisdem modis, pollice digitisque extremis;

 tum

tum tota manu; maxima & inexplicabili varietate. Quinetiam ad innumeras res alias idoneae ſunt. Et cum prior pars corporis potior ſit poſteriore, praecipua quoque manuum pars, id eſt, medius, index, ac pollex, a priori parte poſita.

334. Illae autem manus, cum praelongis brachiis affixae ſint, & per eadem illa brachia cum trunco corporis cohaereant, inſigniter protendi poſſunt. Ea vero brachiorum longitudo, ut manus ad quamcunque corporis partem admoveri poſſint, ad ipſos, ſi ſublati fuerint, extremos pedes; ad terram praeterea, deorſum incurvato corpore. Et ut eaedem in omnem partem libere transferri poſſint, brachiorum cum ſcapulis articuli quoquoverſus mobiles ſunt: utque mobilitas iſta liberior ſit, ipſae brachia ſuſtinentes ſcapulae obſequuntur. Brachia porro, ſimiliter ac pedum colu-
a 253. mnae [a], ex paucis, rectis, & valentibus oſſibus conſtant, ad majorem firmitatem: ſimiliter quoque fere media diviſa, ut ſe curvare, & ut poſcit neceſſitas, accommodare poſſint. Atque ad ſe invicem

ſeſe

ſeſe flectunt; ut manus manum juvare queat, ut brachia ad amplexus, ut manus ad corpus noſtrum contrectandum, atque ad innumera alia praeſtanda apta ſint. Sunt autem ſtabiliora, quod praeterquam in internam partem, flecti nequeunt. Jamque mira ipſis manibus agilitas eſt, eo quod ad extremos cubitos totae in omnem partem flecti queunt. Eaedem totae converti poſſunt: & quidem vel totius ad ſcapulam brachii converſione; vel ſolius circum ulnam radii, cui ob id praeſertim manus adjuncta; vel denique utriusque ſimul; per varios gradus, multiplicibus modis. Quo fit, ut concavam manus alterutrius partem ad quamcunque corporis partem admovere poſſimus, atque ad innumerabilia alia utrasque recte adhibere. Adjuvat autem brachium brachium, manus manum.

V. DE OSSE HYOIDE.

335. IN ſummo praeterea gutture, inter linguam laryngemque, os[1] aliquod repoſitum eſt; idque parvum, bicorne, penſile, leve, totum mobile; HYOIDES nominant.

1 Veſal. Lib. I. Cap. XIII. Fig. I. & 2. Euſtach. Tab. XLVII. Fig. 14. & 15. Palfyn. de oſſib. Tab. I. Fig. 5.

336. Plerumque autem ex partibus quinque conſtat. Prima *baſis*[1] eſt: pars media; eaque oblonga, lata, incurva, a priori[2] parte tota gibba, a poſteriori[3] concava. Ab utroque baſis latere *cornu*[4] procedit: haec longiora, tenuiora, tota ſtrictiora, atque ex latis paullatim, quo magis a baſi procedunt, anguſtiora, donec in extremum tumidulum

1 Veſal. Lib. I. Cap. XIII. Fig. I. A. B. C. & Fig. 2. D.
2 Ibid. Fig. I.
3 Ibid. Fig. 2.
4 Ibid. Fig. I. & 2. E. F.

lum [5] deſinant; totaque a baſi modice divergunt. Ipſi cornu utriusque cum baſi juncturae, a parte eadem & priori & ſuperiori, adſidet *oſſiculum graniforme* [6], oblongum, tumidulum. Ac cornua ad baſem [7], ad cornua vero baſemque oſſicula graniformia, per ligamenta alligata, obſequuntur: ſaepe tamen cornua cum baſi, vel utraque, vel alterutrum, ac ſic quoque oſſicula graniformia, in unum abeunt. Jam vero baſis in gutture prior eſt [8]: ab ea cornua per latera retrorſum tendunt [9]. Totumque os liberum, nec contingens aliud, ſed partibus mollibus innexum, ad caput quaſi religatur, per ligamenta [10] praelonga, gracilia, quae ab oſſiculis *graniformibus* ad ſtyliformes [a] oſſium temporum [a] 29.
proceſſus pertinent, quaeque ſaepe, atque

5 Ibid. Fig. 1. H.
6 Euſtach. Tab. XLVII. Fig. 14. $16\frac{1}{2} \div 23\frac{1}{2}$ Palfyn. de oſſ. Tab. 1. Fig 5. e. e.
7 Veſal. l. c. Fig. 1. & 2. Q.
8 Euſtach. Tab. XLI. Fig. 8. $38 \div 47$. & ſic quoque Fig. 11.
9 Ibid. $40 \div 47$.
10 Palfyn. l. cit. f. f.

que varie in os abeunt[11]: religatur & ad apices processuum superiorum cartilaginis thyroideae, ligamentis gracilibus, brevibusque, quae ab extremis cornubus ad dictos processus procedunt.

---

11 Vesal. l. c. Fig. 1. K. L. M. N. Eustach. Tab. XLVII. Fig. 14. & 15.

---

337. Est vero fundamentum firmum, idemque mobile, linguae, cujus radix basi ejus affixa: multis praeterea musculis, qui linguam, cartilaginem thyroidem, pharyngem, ipsumque hoc os movent; Genioglossis, Basioglossis, Ceratoglossis, Hyothyroideis, Hyopharyngeis, Myloyoideis, Genioyoideis, Sternoyoideis, Coracoyoideis, Styloyoideis. Ab his autem omnibus diversimode fingitur.

III. DE SCELETO FOEMININO PERFECTO.

338. SCELETUS FOEMININUS in universum virili similis. Sed non totus toti: namque infirmior fere est,

eſt, & neſcio quid foeminini habet, difficilis ad explicandum.

Caſp. Bauhin. Vivae imag. Lib. IV. oſſium Tab. IV.

---

339. Maxime autem ad coxas a virili diſcrepat. Foeminino enim *os ſacrum* latius, & inferiori parte ſua non aeque in priora incurvatum, ſed totum per longitudinem rectius; atque etiam in *coccygem* rectiorem, & magis obſequentem deſinens. Eidem & *coxarum oſſa* ampliora, & ab oſſe ſacro ampliore curvatura ad pubem coeuntia, ibidemque cartilagine fere craſſiore connexa. Ad haec *iſchia* magis in ſuum quaeque latus extrorſum tendunt; ſuis praeſertim *tuberibus*. Quocirca illa quoque oſſa, quae ab imis iſchiis ad pubis oſſa ſe invicem verſus procedunt, in rectiorem angulum quaſi conveniunt; tota ſuis prioribus marginibus in exteriora magis verſa. Ob quas res *pelvis* amplior; eademque & ampliore hiatu deorſum patet, & a priori parte, ſub pubis oſſium commiſſura hiatum habet patentiorem:

quin & ima abdominis pars amplior. Deinde *iliûm ossa* pariter ampliora, internis partibus magis cava [1], & magis quasi resupinata: quo fit, ut imum abdomen longe adhuc amplius sit. Itaque totum illud trunci fundamentum portione corporis multo majus est. Quapropter *femora* a superiori parte magis divaricata: atque a coxis magis oblique ad se invicem procedunt. Eisdem, ut coxas melius sustentent, simulque a superiori parte longius disjuncta sint, *cervices* plerumque magis transversae, & cum trunco angulum rectiorem facientes. Quibus omnibus ad ea, quae praeter virum praecipua praestare foemina debet, aptissimus factus est: nam propter ea foemina & virum melius admittit, & foetum continet gestatque, eundemque commode enititur.

1 Spigel. Lib. VIII. Tab. XVIII. f. f.

340. Discrepat etiam *thorace*; qui fere angustior, & a priori parte depressior: qua de caussa & *claviculae* rectiores.

DE

DE
DENTIBUS.

§. 1. IN foſſulis [a], quas extremus utriusque maxillae margo habet, DENTES [1], ſinguli in ſingulis, altis defixi ſunt [2] radicibus. Hi duriores oſſe, ſolidioresque, toti ex materie plane ſingulari, ipſisque propria conſtant.

a De oſſ. 76. 109.

1 Veſal. Lib. 1. Cap. XI. A. A. B. B. Euſtach. Tab. XLVII. Fig. 10. & 11.
2 Veſal. l. c. Cap. VI. Fig. 3. 5. Cap. IX. Fig. 1. Cap. X. Fig. 1. & 2.

2. Omnibus *corona* [1]: quae extra eminet,

1 Veſal. Lib. 1. Cap. XI. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & ſic in inferioribus quoque. Euſtach. Tab. XLVII. Fig. 10. 23 ÷ 15½ & ſic Fig. 12.

minet, pendetve [2]; nuda, candida, perpolita, nitens, ac durissimo solidissimoque cortice obducta. Omnibus & *radix* [3]: his singularis; illis binae, ternae, quaternae: atque hae in maxillis inclusae, & tanquam in vaginis reconditae latent [2]; ipsae impolitae, neque ita nitentes, nec crusta aeque solida opertae.

2 Vid. citat. §. 1. 2.

3 Vesal. l. c. supra 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & sic quoque in inferioribus. Eustach. l. c. Fig. 10. 23 ÷ 14. &c. & sic Fig. 12.

3. Dentes utrique maxillae sexdecim: eorundemque tria genera, *Incisores* [1], quaterni primi; tum *Canini* [2], unus utrim-

Dextri lateris,

1 *Maxillae sup.* Vesal. Lib. 1. Cap. XI. 1. 2. Eustach. Tab. XLVII. Fig. 10. 23 ÷ 15. & 22 ÷ 15.

infer. Ves. l. c. sub 1. 2. Eust. l. c. Fig. 12. 39 $\frac{1}{2}$ ÷ 14. & 38 $\frac{1}{2}$ ÷ 14.

2 *Max. sup.* Vesal. l. c. 3. Eustach. l. c. Fig. 10. 20 $\frac{1}{2}$ ÷ 15.

inf. Vesal. l. c. sub 3. Eustach. l. c. Fig. 12. 37 $\frac{1}{2}$ ÷ 14.

trimque ad inciſorum ordinem adſtans; ultra quos ab utraque parte *Molares* [3] quinque ſunt; quorum ex omni parte poſtremi, vel aliqui, vel omnes, ſaepe non prodeuntes, varium efficiunt dentium numerum.

---

3 *Max. ſup.* Veſal. l. c. 4. 5. 6. 7. 8. Euſtach. l. c. Fig. 10. qui ſuperſunt.

inf. Veſ. l. c. ſub 4. 5. 6. 7. 8. Euſt. l. c. Fig. 12. qui ſuperſunt.

---

4. Ex his *inciſores* coronam habent minus quam caeteri inſignem, oblongam, & ex craſſa radice in utrumque latus paullatim lateſcentem, ac ſimul exacutam, deſinentemque in oblongam rectioremque aciem; totam praeterea in poſteriora quaſi recurvatam, a priori parte modice gibbam, a poſteriori inſigniter ſimam: *ſuperiores* autem latiorem, amplioremque, quam inferiores; & qui *ſuperiorum medii*, ampliſſimam: *inferiorum extremi* fere inſigniorem, quam medii. *Caninis* corona inſignior, magis tumens, procerior, & ex craſſa radice fere in extremum anguſtius

ſtius migrans, ſimiliterque a priori parte gibba, a poſteriori leniter ſima. Rurſus magis quam caninorum tumet *Molarium* corona, & ex craſſa radice usque ad extremum magis magisque intumeſcit, per ambitum majori ex parte gibba, abeunsque in ſuperficiem amplam, planiorem, mediam fere inaequabiliter ſinuatam, ad orae ſuae ambitum inaequabiliter eminentem, aſperamque: horum vero *duobus* ex omni parte *primis* corona minor, fere caninis cedens, extrema parte quodammodo teres: his *proximis duobus* major; at *tertio* maxima; *poſtremo* magnitudine media: ad haec primi molaris corona brevior, quam proximi canini; atque inde etiam reliquorum molarium coronae fere paullatim breviores.

5 Radices, *Inciſoribus* quidem ſimplices, ſatis magnae, oblongae, rectae, tenues, latae, & contrario coronis modo utrimque compreſſae, ad extremumque in acutum migrantes. *Caninis* ſimiliter ſingulae, ſimilesque inciſorum; ſed craſſiores, & proceritate caeterorum

rum dentium omnium radices ſuperantes; eaedemque a priori parte, quam a poſteriori craſſiores: caninis autem *ſuperioribus* & longiores, & acutiores. At *Molaribus* variis datae ſunt modis. Singulares fere, ſatisque craſſae, *primis in inferiori maxilla*: in *ſuperiori* autem, modo ſingulae, modo binae; eaeque vel vicinae, vel disjunctae; aliquando etiam tres. *Secundis utriusque maxillae*, plerumque ſingulae. Sed *tertiis maxillae inferioris* plerumque duae, latae, procerae, utrimque compreſſae, disjunctae, quaſi parallelae; raro tres: *ſuperioris*, tres, fere aequales, teretes, craſſae, maxime disjunctae; plerumque autem illarum duae ad priorem partem ſunt, eaeque propinquiores; tertia introrſum longius abſcedit. Quandoque & contrario modo *ſuperior* duas, *inferior* tres habet. *Quartis quintisque utriusque maxillae* proximorum fere ſimiles; ſed breviores, & exiliores, rectioresque, ac minus diſcretae: *utrisque* ſaepe, maxime *quintis*, radices quatuor, accedente exigua

quaſi radicula. Et molarium radicibus inprimis ludit natura. His magnas tribuit, illis parvas: aliis proceras, aliis breves; aliis craſſas & quaſi teretes, aliis tenues & planas, aliis anguſtas, aliis latas. Dat acutas aliis, aliis obtuſas, aliis ad extremum tumentes. Plerisque rectas, aliis incurvas, plurimis modis; modice a ſummo in alterutram partem inflexas, dupliciter flexas, contortas, aduncas, ad extremum hamatas. Et haec quidem vel ſingularibus, vel ſingulis plures habentium. Quibus geminae, iis vel rectae, & quaſi parallelae, vel utraeque in eandem partem, maxime in latera, magis minusve flexae: jamque aliorum ſe tangunt, aliorum modice disjunctae ſunt, aliorum ad ſe invicem incurvatae, ſaepe extremis ſuis coëunt: nonnullis, quo magis procedunt, eo magis in diverſum curvantur: ſunt quibus una radix recta, altera incurva: vel & utraeque diverſimode incurvae. Tres radices habentibus eaedem radicum diverſitates: duae autem plerumque minores; tertia ab his recedens,

dens, major. Nonnullis, quibus duae, aut plures, in unam, vel duas quasi confluunt; easque vel aequabilis superficiei, vel in uno, aut in pluribus lateribus, plus minusve quasi indicatas, & incili quodammodo distinctas: aliis connatae sunt, aliis disjunctae quidem, sed media squama connexae, aliis mucro ramosus, & in duas tresve fissus. Atque horum ipsorum magnae sunt diversitates. Quaedam plura ex dictis habent. Omnes suis in maxillis fossulis ex omni parte adamussim conveniunt, atque ita infixae sunt, membranisque ambientibus, & praesertim gingivis firmatae, ut dentes toti plane immobiles sint, & quasi maxillarum partes.

6. Dextri porro dentes sinistris, itemque superiores subjectis, etsi non toti totis, in universum tamen similes sunt. Continui praeterea utriusque maxillae omnes: itaque constructi, ut simul suis extremis partibus inaequabilem scabrumque faciant marginem; talem autem, ut, cum maxillam inferiorem ad superiorem adducimus, utrique margines illi aequabili-

ter coeant, atque in universum incisores incisoribus, canini caninis, molares molaribus occurrant; & cum eadem maxilla ad superiorem, quantum potest, commodeque adducta est, inferior dentium ordo per superiorem quasi recipiatur, id est, superiores dentes a priori inferiorum parte nonnihil demittantur; maxime quidem incisores, minus canini, & ab his paullatim minus minusque priores molarium partes, donec postremi fere directo conveniant.

7. His igitur dentibus cum adversi maxillarum margines instructi sint, atque inferior ad superiorem stabilem firmamque diversimode mobilis sit, utraeque ad mordendum, retinendum, mandendumque aptissimae factae sunt. Sigillatim vero *incisoribus* apprehendimus secamusque: qua de caussa in priori parte maxillarum infixi sunt, proxime oris aperturam. *Caninis* valide retinemus: ob id incisoribus adjutores dati, altiusque defixi. *Molaribus* confringimus, conficimus, conterimus, extenuamus, mollimus: itaque plures sunt, & oppor-

tunissime in lateribus maxillarum, atque in intima oris parte collocati: & cum mediis inprimis commode utamur, iidem quoque maximi, & prae caeteris fixi. Atque universe ad hos usus singulorum dentium, & magnitudo, & figura, & stabilitas, & positio, maxime accommodata est. Adhaec dentium coronae maximum oris ornamentum sunt: earundemque priores moderantur pronunciationem.

F I N I S.



EMENDANDA.

In praef. p. 4. lin. 14. pro *eorundemque* l. *earundemque.*

§. 59. lin. penult, pro *quarti*, l. *quinti.*

§. 79. 87. 184. pro *quodvis* l. *quodque*. §. 93. 97. 103. *quodque eorum.*

§. 106. in citat. n.° 2. pro χ l. κ.

§. 119. lin. penult. post *asperoque*, adde, & *cartilagine quadam crustato.*

§. 123. lin. 3. pro *quintam* l. *sextam.*

§. 266. dele *Sternothyroideis*

§. 318. ubi scriptum *secundum*, l. *primum* : ubi *tertium*, *secundum* : ubi *quartum*, *tertium* : ubi *quintum*, *quartum.*

Perpauca alia, quae irrepserunt, cum leviora sint, non morabuntur Lectorem.

